MASTER NEGATIVE

NO. 93-81319-24

MICROFILMED 1993

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the
"Foundations of Western Civilization Preservation Project"

Funded by the
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from
Columbia University Library

COPYRIGHT STATEMENT

The copyright law of the United States - Title 17, United States Code - concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material.

Under certain conditions specified in the law, libraries and archives are authorized to furnish a photocopy or other reproduction. One of these specified conditions is that the photocopy or other reproduction is not to be "used for any purpose other than private study, scholarship, or research." If a user makes a request for, or later uses, a photocopy or reproduction for purposes in excess of "fair use," that user may be liable for copyright infringement.

This institution reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.

AUTHOR:

POPPELREUTER, PETER HUBERT

TITLE:

QUAE RATIO INTERCEDAT INTER...

PLACE:

BONNAE

DATE:

[1883]

Master Negative #
93-81319-24

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

88P84
DZ8
v.1

Poppelreuter, Peter Hubert, 1858-

Qvae ratio intercedat inter Posidonii Περὶ παθῶν πραγματείας et Tvscvlanas dispvtationes Ciceronis, dissertatio philologica qvam ... defendet scriptor Petrvs Hvbertvs Poppelrevter ... Bonnae, typis Caroli Georgi, [1883]

40 p. 22 cm.

Thesis, Bonn, 1883.

348027

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 REDUCTION RATIO: 11x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 4.26.93 INITIALS SS
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT



AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202



Centimeter

Inches





MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.



Cicero
Tusculan
Posidonius of Apamea
(init)
88.P84
D76
no. 2

QVAE RATIO INTERCEDAT INTER

POSIDONII

ΠΕΡΙ ΠΑΘΩΝ ΠΡΑΓΜΑΤΕΙΑΣ

ET

TVSCVLANAS DISPVTATIONES CICERONIS.

DISSERTATIO PHILOLOGICA

QVAM

AD SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AVCTORITATE AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS

IN VNIVERSITATE FRIDERICIA GVILELMIA RHENANA

RITE IMPETRANDOS

VNA CVM SENTENTIIS CONTROVERSIS

DIE XXXI M. IANVARII A. MDCCCLXXXIII HORA XII

PVBLICE DEFENDET

SCRIPTOR

PETRVS HVBERTVS POPPELREVTER

RHENANVS

ADVERSARII ERVNT

HERMANNUS HECKER PHIL. DOCT.

GVSTAVUS HEEP PHIL. CAND.

MAX LAUE PHIL. ET THEOL. EV. CAND.

BONNAE

TYPIS CAROLI GEORGI VNIV. TYPOGR.

[18832

FRANCISCO BVECHELER

EDVARDO LVEBBERT

HERMANNO VSENER

D · D

Cicero tertio et quarto Tusculanarum disputationum libro Stoicorum de animi morbis atque perturbationibus earumque sanatione doctrinam tradidit; quem uero auctorem secutus sit, ipse non profitetur. Quare cum omnium philosophorum, quorum sententias adfert, libros ipsos Tullio has disputationes confecturo in manibus fuisse, nemo iam putet, uiri docti alii alium coniecerunt auctorem: Heinze (Stoic. de affect. doctr. Berol. 1860 p. 2) ab Antiocho censuit Ciceronem sua sumpsisse, Heinius (de font. Tusc. disp., Weim. 1863) autem, id quod iam antea Bake putaverat (Pos. Rhod. rell., Lugd. Bat. 1810 p. 196), a Chrysippo, quam sententiam Zietzschmann (de Tusc. disp. font., Hal. Sax. 1868) summo consensu comprobauit.

Attamen cum P. Corssen (de Pos. Rhod. cet., Bonnae 1878) primi Tusculanarum libri auctorem fuisse Posidonium Rhodium, quem et auditum et adamatum a Cicerone constat, nuper docuisset, mirum mihi uidebatur, si de perturbationibus non Posidonii *περὶ παθῶν πραγματείᾳ* (cf. Gal. de plac. Hipp. et Plat. ed. Iw. Mueller p. 348, 17), sed Chrysippi libris usus esset. Quid? ne legisse quidem Ciceronem existimo huius quattuor *περὶ παθῶν* libros, logicos tres et unum *θεραπευτικόν* (cf. Gal, l. l. 477), quorum de amplitudine atque obscuritate ipse Galenus saepius queritur (cf. p. 351; 459, 15; al.).

Quam ob rem iterum Ciceronis fontem inuestigare conatus, Posidonium auctorem fuisse mihi persuasi. Eius enim doctrinae apertissima insunt uestigia; accedit quod eius opus ita comparatum erat, ut etiam Pythagorae, Platonis, Zenonis, Cleanthis, Chrysippi, quas Cicero exhibet, sententiae commodissime inde promi possent.

Platonis enim atque Pythagorae de animo eiusque perturbationibus doctrinam Posidonium secutum esse mox uidebimus. Hoc loco satis erit, testimonium Galeni adposuisse p. 397, 1 (*Ποσειδώνιος*) *θαυμάζων τὸν ἄνδρα* (sc. *Πλάτωνα*) *καὶ θεῖον ἀπο-*

καλῶν καὶ πρεσβεύων αὐτοῦ τά τε περὶ τῶν παθῶν δόγματα καὶ τὰ περὶ τῶν τῆς ψυχῆς δυνάμεων κτλ. cf. 461, 4; 405, 9; 445, 8; 401 οὐ γὰρ Ἀριστοτέλης μόνον ἢ Πλάτων ἐδόξαζον οὕτως, ἀλλὰ ἔτι πρόσθεν ἄλλοι τέ τινες καὶ ὁ Πυθαγόρας, ὡς καὶ ὁ Ποσειδώνιός φησιν ἐκείνου πρώτου μὲν εἶναι λέγων τὸ δόγμα, Πλάτωνα δὲ ἐξεργάσασθαι καὶ κατασκευάσαι τελεώτερον αὐτό cf. 459, 2 Ποσειδώνιος καὶ Πυθαγόραν φησίν, αὐτοῦ μὲν τοῦ Πυθαγόρου συγγράμματος οὐδενὸς εἰς ἡμᾶς διασωζομένου, τεκμαιρόμενος δὲ ἐξ ὧν ἔνιοι τῶν μαθητῶν αὐτοῦ γεγράφασιν [1]).

Cleanthem autem Posidonius cum ueteribus, quos ipse sequebatur, congruere docuit. Cf. Gal. p. 653 τῆς δὲ αὐτῆς δόξης ὁ Ποσειδώνιος ἔδειξεν εἶναι καί τὸν Κλεάνθην, idemque Zenonis decreta cum Platonis doctrina conciliare studebat teste Gal. 362, 9 (Ποσειδώνιος) πειρᾶται μὴ μόνον ἑαυτὸν τοῖς Πλατωνικοῖς, ἀλλά καὶ τὸν Κιτιέα Ζήνωνα προσάγειν. Cf. Cic. V 34 'si Zeno Citieus, aduena quidam et ignobilis uerborum opifex, insinuasse se in antiquam philosophiam uidetur, huius sententiae grauitas a Platonis auctoritate repetatur' etc. Adeo autem Posidonius Zenonis atque Cleanthis probabat philosophiam, ut eorum sententiis quasi argumento uteretur contra Chrysippum. Cf. Gal. p. 456, 1 καὶ προσέτι, καὶ γὰρ καὶ τοῦτο δείκνυσιν ἐν τοῖς ἑξῆς ὁ Ποσειδώνιος . . . . Ζήνωνι καὶ Κλεάνθει διαφέρεται (sc. ὁ Χρύσιππος).

Iam apud Ciceronem definitiones atque explanationes omnium illorum sententiis Posidonianis coniunctas inuenimus. Verisimile est igitur cuncta e Posidonii opere fluxisse.

Chrysippi uero doctrinae partem aliquam Posidonius impugnabat. Cf. Gal. cum al. loc. tum p. 460, 2 τῶν τῷ Ποσειδωνίῳ γραφέντων εἰς τὴν αὐτὴν (sc. τοῦ Χρυσίππου περὶ παθῶν) πραγματείαν. Cf. 391, 5 τῶν ὑπὸ τοῦ Ποσειδωνίου πρὸς τὸν Χρύσιππον ἀντειρημένων. Atque in eadem sententia, quam Posi-

1) Iniuria Hirzel 'Unters. zu Cicero's phil. Schr.' II p. 138 contra Corssen pugnat, quia nimis existimet Posidonium Platonis philosophiam secutum esse. Iam Panaetius Φιλοπλάτων nominatur a ueteribus; multo magis autem Posidonius Platonicus fuisse putandus est, qui ipsum Chrysippum, ubicunque a Platonis doctrina discesserat, reprehendere non dubitabat.

donius contra illum defendebat, Ciceronem esse demonstrabimus. Quamquam de nonnullis dubitari poterit, num Posidonius eas probauerit necne; Cicero enim utriusque sine dubitatione generis sententias Chrysippeas in Rhodii libro reperiebat. Nam ubicunque Chrysippus, secum ipse pugnans, ex ueterum sententia locutus erat, quanam de caussa Posidonius improbaret ea? Nonne eos locos, quorum magnum numerum apud Galenum, qui prorsus Posidonium de his rebus secutus est, inuenimus, iam hunc in dissertationem suam recepisse dicemus? Atque legimus ap. Gal. 397, 12 προσχρῆται δὲ (sc. ὁ Ποσειδώνιος) εἰς τοῦτο μάρτυρι καὶ αὐτῷ τῷ Χρυσίππῳ.

Attamen, quoniam Cicero nihil nisi argumentum ex auctoris sui libro collegisse uidetur, sive ipse legens sive epitoma ab alio quodam facta usus, cauendum est, ne Posidonii acutas argumentationes atque refutationes integras in Ciceronis disputationibus exspectemus: neque enim id scriptor Romanus agebat, ut philosophos, sed ut harum rerum imperitos doceret, quare summam tantum totius quaestionis exponere solebat. Pugna igitur ab eo omissa est, uestigia tantum pugnae restant. Haec ut inueniremus, operam dedimus.

Atque rem sic instituemus, ut primum de animi facultatibus, deinde de naturali animi conciliatione atque alienatione, tum de eius aegrotatione, postremo de adfectibus eorumque curatione dicamus.

Platonem igitur tres esse animi partes in quarto Reip. libro docere, rationalem, irascibilem, adpetentem, quis est qui nesciat? Hanc autem animi partitionem iam Pythagorae tributam esse a Posidonio Galenus docet p. 401, 11. Iam uero Chrysippus, ab ea doctrina discedens, unam animi facultatem esse dixerat eamque rationalem. Cf. Gal. (Χρύσιππον) μήτε τὰς εἰρημένας δυνάμεις (sc. τὴν θυμοειδῆ καὶ τὴν ἐπιθυμητικὴν) κατὰ τὴν ψυχὴν ἡμῶν ὑπάρχειν, ἀλλὰ πᾶσαν ἐνέργειάν τε καὶ πάθος ἐν τῷ λογιστικῷ μόνῳ συνίστασθαι φάσκοντα. Posidonius autem ad Platonis decretum reuersus (cf. Gal. p. 463 τρεῖς εἶναι δυνάμεις ἑτερογενεῖς· οὕτω γοῦν καὶ ὁ Ποσειδώνιος ὑπολαβὼν ἀπεχώρησέ τε τοῦ Χρυσίππου καὶ μᾶλλον ἠκολούθησεν Ἀριστοτέλει καὶ Πλάτωνι Cf. 461, 4; 584, 4) conclusionibus quam

firmissimis in Chrysippi doctrinam inuectus est. Ab eadem re Galeni quoque cauillatio in Chrysippum profecta est.

Posidonius autem tres illas non partes, uelut Plato, sed facultates adpellabat (Cf. Gal. 432, 9) atque *τὴν ἐπιθυμητικὴν* et *θυμοειδῆ* uno nomine complexus *παθητικόν*, alteram facultatem *λογιστικόν* uocabat (Cf. Pos. ap. Gal. 445 *αὕτη γὰρ ἀρίστη παίδων παιδεία παρασκευὴ τοῦ παθητικοῦ τῆς ψυχῆς ὡς ἂν ἐπιτηδειοτάτη ᾖ πρὸς τὴν ἀρχὴν τοῦ λογιστικοῦ*). Huius igitur Chrysippus perturbationes esse docuerat, Posidonius illius partis, quae rationis expers esset[1]).

Iam nemo dubitabit, quin Cicero Posidonium ducem habuerit, cum scriberet IV 10 'in his (sc. perturbationibus) explicandis ueterem illam equidem Pythagorae primum, dein Platonis discriptionem sequar, qui animum in duas partes diuidunt, alteram rationis participem faciunt, alteram expertem. In participe rationis ponunt tranquillitatem, i. e. placidam quietamque constantiam, in illa altera motus turbidos cum irae tum cupiditatis, contrarios inimicosque rationi. Sit igitur hic fons'. Ipse Heinius l. l. p. 13 a Posidonio haec manasse concedit. Idem iam contulit Cic. II 47 'est animus in partis tributus duas, quarum altera rationis est particeps, altera expers etc.'[2])

Hanc autem partem 'molle quiddam, demissum, humile, eneruatum quodammodo et languidum' Tullius uocat, *τὸ παθητικόν*, opinor, significans Posidonii. Cf. III 12 'non enim silice nati sumus, sed est natura tractabile in animis et tenerum quiddam atque molle, quod aegritudine quasi tempestate quatiatur'. Cf. Cic. de rep. III 37 ap. Aug. c. Iul. Pelag. IV 12 'ratio (sc. imperat) libidini iracundiaeque et ceteris vitiosis eiusdem animi partibus'.

---

1) Cf. Gal. 348, 14 (*Ποσειδώνιος*) *ὑπὸ τῆς θυμοειδοῦς τε καὶ ἐπιθυμητικῆς δυνάμεως ἡγεῖται γίνεσθαι τὰ πάθη, κατὰ τὸ πᾶν ἀκολουθήσας τῷ παλαιῷ λόγῳ.*

2) Plutarchus de uirt. mor. cap. III sq. eandem contra priores Stoicos doctrinam exhibet. Posidonii autem librum redolet et quod Pythagoras atque Plato eius decreti auctores esse dicuntur (cf. III *εἰκὸς μέν ἐστι μηδὲ Πυθαγόραν ἀγνοῆσαι κτλ. . . . Ἐμφανῶς μέντοι καὶ βεβαίως καὶ ἀναμφιδόξως Πλάτων συνεῖδεν ὅτι κτλ.*), et quod *τὸ ἄλογον* appellatur *παθητικόν*.

Singulis igitur illis facultatibus animi adpetitionem siue impetum incitari ut Plato (cf. ap. Gal. 461, 10 *τρία τῆς ψυχῆς εἶναι μόρια τὰ καθ' ὁρμὴν ἡμᾶς κινοῦντα*) sic Posidonius quoque docuit teste Gal. p. 442, 5 *γεννᾶσθαι γὰρ τῷ ζώῳ* (sc. *τῷ λογικῷ* i. e. *τῷ ἀνθρώπῳ*) *τὴν ὁρμὴν ἐνίοτε μὲν ἐπὶ τῇ τοῦ λογιστικοῦ κρίσει, πολλάκις δὲ ἐπὶ τῇ κινήσει τοῦ παθητικοῦ*[1]). Ille autem impetus nunquam perturbatio est secundum Posidonii doctrinam, hic uero perturbatio fit, quotienscunque ratio ei imperare nequit. Ex. gr. cf. Gal. p. 342, 15 *ὁ μὲν γὰρ ὑπὲρ τοῦ σῶσαι τὴν πατρίδα τῆς ζωῆς τῶν τέκνων καταφρονήσας καὶ ἥτοι παραδοὺς ἑτέροις ἀποσφάττειν ἢ αὐτὸς ὑπομείνας σφάξαι τῇ γε τοῦ καλοῦ φαντασίᾳ τοῦτο δρᾷ καὶ λογισμῷ τινι χρησάμενος· ἡ Μήδεια δὲ ἔμπαλιν οὐ μόνον ὑπὸ οὐδενὸς ἐπείσθη λογισμοῦ κτείνειν τοὺς παῖδας, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον ἅπαν, ὅσον ἐπὶ τῷ λογισμῷ, μανθάνειν φησίν, οἷα δρᾶν μέλλει κακά, τὸν θυμὸν δὲ εἶναι κρείττονα τῶν βουλευμάτων, τουτέστιν οὐχ ὑποτετάχθαι καὶ πείθεσθαι καὶ ἕπεσθαι καθάπερ τινὶ δεσπότῃ τῷ λόγῳ τὸ πάθος, ἀλλὰ ἀφηνιάζειν καὶ ἀποχωρεῖν καὶ ἀπειθεῖν τῷ προστάγματι, ὡς ἑτέρας τινὸς ἔργον ἢ πάθημα δυνάμεως ὑπάρχον, οὐ τῆς λογιστικῆς.* Itaque ex Platonis atque Posidonii doctrina Galenus dicit p. 467, 7 *διττὴν εἶναι φύσιν ἐν ἡμῖν τῶν στασιαζουσῶν ἀλλήλαις δυνάμεων*, alterius rationalis, alterius inrationalis. Cf. quae Plut. de uirt. mor. III contra priores Stoicos dicit *ἔοικε δὲ λαθεῖν αὐτοὺς ἅπαντας, ἢ διττὸς ἡμῶν, ὡς ἀληθῶς, ἕκαστός ἐστι καὶ σύνθετος· τὴν γὰρ ἑτέραν διπλόην οὐ κατεῖδον.* Hanc, opinor, sententiam Posidonianam admiratus Cicero scripsit II 47 'quamquam hoc nescio quomodo dicatur, quasi duo simus, ut alter imperet, alter pareat; non inscite tamen dicitur'[2]).

De illis autem animi partibus Posidonius sic iudicabat,

---

1) Cf. Gal. 346, 3 *καὶ λογισμὸς αὐτὴν* (sc. *τὴν ὁρμήν*) *κινεῖ καὶ ἐπιθυμία καὶ θυμός.*

2) Cf. Sen. ep. 113, 4 'ego et animal sum et homo, non tamen duos esse nos (i. e. singulos homines, in quibus duplex animalis et hominis natura est) dices'. Non necesse erat eo loco 'nos' mutari in 'hos', id quod Ed. Anspach (de Bacch. Plaut. retract. scaenica; Bonnae 1881 sent. contr. II) uoluit; animal enim et homo duo sunt, nec tamen singuli homines.

ut *τὸ λογιστικόν*, cuius solos homines ex omnibus animalibus participes esse existimabat, meliorem partem, *τὸ παθητικόν*, quod etiam in ceteris animalibus esse uolebat, deteriorem esse diceret. Cf. Gal. 449, 13 *ὄντος γὰρ ἐν ἡμῖν τοῦ μὲν βελτίονος τῆς ψυχῆς μέρους, τοῦ δὲ χείρονος.* Illam igitur Posidonius diuinam nuncupat, hanc animalem, dei expertem, miserabilem ap. Gal. 449, 1 *τῷ ἐν αὐτοῖς δαίμονι συγγενεῖ τε ὄντι καὶ τὴν ὁμοίαν φύσιν ἔχοντι τῷ τὸν ὅλον κόσμον διοικοῦντι. τῷ δὲ χείρονι καὶ ζῳώδει.* 449, 7 *τοῦ ἀλόγου τε καὶ κακοδαίμονος καὶ ἀθέου τῆς ψυχῆς.* Sequitur, ut idem dixerit hominem recte secundum naturam uiuere, si meliorem partem sequatur neque deteriore trahi sese patiatur; cf. Gal. 449, 13 *ὁ μὲν τῷ βελτίονι συνεπόμενος ὁμολογουμένως ἂν λέγοιτο τῇ φύσει ζῆν, ὁ δὲ τῷ χείρονι μᾶλλον ἑπόμενος ἀνομολογουμένως· ἔστι δὲ οὗτος μὲν ὁ κατὰ πάθος ζῶν, ἐκεῖνος δὲ ὁ κατὰ λόγον*, ita quidem ut alter uoluptatem atque uictoriam, alter honesta petat; cf. Gal. 452, 5 *τὸ μὲν ἥδεσθαί τε καί τὸ κρατεῖν τῶν πέλας τοῦ ζῳώδους τῆς ψυχῆς ἐστι τὰ ὀρεκτά, σοφία δὲ καὶ πᾶν ὅσον ἀγαθόν τε καὶ καλὸν ἅμα τοῦ λογικοῦ τε καὶ θείου.* Cf. Cic. de rep. III 37 ap. Aug. c. Iul. Pelag. IV 12 'optima pars animi, i. e. sapientia, eiusdem animi uitiosas imbecillasque partes, ut libidines, ut iracundias, ut perturbationes ceteras (fatigat)' cf. Tusc. V 67 'etenim quae pars optuma est in homine, in ea situm esse necesse est illud quod quaeris optumum. Quid est autem in homine sagaci ac bona mente melius? . . . Bonum autem mentis est uirtus; . . . hinc omnia quae pulchra, honesta, praeclara sunt'.

Quantum uero haec Posidonii doctrina Chrysippi philosophiae praestiterit, facile intellegi potest. Quamquam enim hic etiam perturbationes rationis esse actiones tradiderat, tamen hoc tenebat, finem (*τέλος*) esse, rationem sequi; quid uero, cum rationem reliquissemus, sequeremur, dicere non poterat. Propter eam autem caussam Posidonius illum frequenter reprehendit uelut ap. Gal. 449, 6 *οὐ γὰρ βλέπουσιν ὅτι πρῶτόν ἐστιν ἐν αὐτῇ τὸ κατὰ μηδὲν ἄγεσθαι ὑπὸ τοῦ ἀλόγου τε καὶ κακοδαίμονος καὶ ἀθέου τῆς ψυχῆς*, et propter eandem caussam ipse negative quoque *τὸ τέλος* enarrasse mihi uidetur cf. ap. Clem. Alex. Strom. 497 (Pott.) *συσκευάζοντα ἑαυτὸν κατὰ τὸ δυνατὸν κατα μηδὲν ἀγόμενον ὑπὸ τοῦ ἀλόγου μέρους τῆς ψυχῆς.* Quare summum bonum non posse intellegi existimabat, nisi quis antea animi facultates cognovisset; cf. Gal. 397, 5 *συνῆφθαι δὲ . . . φησὶ καὶ τὴν περὶ τοῦ τέλους* (sc. *διδασκαλίαν*) . . . *ὥσπερ ἐκ μιᾶς μηρίνθου δεδέσθαι τῆς γνώσεως τῶν κατὰ τὴν ψυχὴν δυνάμεων.* Quam quaestionem mouerat ipse non multum post initium libri teste Gal. 448, 7 *ὁ Ποσειδώνιός φησιν ὧδέ πως γράφων αὐτοῖς ὀνόμασι κατὰ τὸ πρῶτον περὶ παθῶν οὐ μετὰ πολλὰ τῆς ἀρχῆς τοῦ βιβλίου· 'νομίζω γὰρ καὶ τὴν περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν καὶ περὶ τελῶν . . . ἐκ τῆς περὶ παθῶν ὀρθῶς διασκέψεως ἠρτῆσθαι'.*

Quod si Posidonius eum solum secundum naturam uiuere existimauit, qui honesta peteret, turpia fugeret, iam hoc loco concludi debet, eundem docuisse uoluptatem dolorem, laudem uituperationem non reapse esse bona uel mala sed hominum tantum opinione (*ὡς ἀγαθά, ὡς κακά*), cum, quae neque bona neque mala essent, *τῷ παθητικῷ* inducti, bona uel mala opinarentur [1]).

Has autem repugnantes animi facultates natura (*φύσει*) in nobis esse positas, Posidonius demonstraverat, ut naturaliter sine ratione peteremus uoluptatem, uictoriam, res alias, cum ratione honestatem, uirtutem, sapientiam; cf. Gal. 400, 5 *οὐδὲν γὰρ οὕτως ἐναργές ἐστιν, ὡς τὸ δυνάμεις τινὰς ἐν ταῖς ἡμετέραις εἶναι ψυχαῖς ἐφιεμένας φύσει, τὴν μὲν ἡδονῆς, τὴν δὲ κράτους καὶ νίκης, ἃς ἐναργῶς ὁρᾶσθαί φησι κἀν τοῖς ἄλλοις ζῴοις ὁ Ποσειδώνιος.* 438, 12 *τριῶν οὖν τούτων ἡμῖν οἰκειώσεων ὑπαρχουσῶν φύσει, μιᾶς καθ' ἕκαστον τῶν μορίων τῆς ψυχῆς εἶδος, πρὸς μὲν τὴν ἡδονὴν διὰ τὸ ἐπιθυμητικόν, πρὸς δὲ τὴν νίκην διὰ τὸ θυμοειδές, πρὸς δὲ τὸ καλὸν διὰ τὸ λογιστικὸν κτλ.*

Atque ut conciliationem siue commendationem ad bona, sic etiam alienationem a malis hominibus inesse uoluit natura cf. Gal. 593, 6 *ἐν ἁπάσαις γὰρ πράξεσιν αἱρουμένων ἡμῶν τὸ φαινόμενον ἀγαθόν, φευγόντων δὲ τὸ φαινόμενον κακὸν, ἐχόντων δὲ φύσει τὰς ὁρμὰς ταύτας ἐφ' ἑκάτερον κτλ.*

Chrysippus vero ab hac ueterum doctrina discedens, non

1) Minus recte Corssen l. l. p. 11 scripsit 'ut siue bona mala, siue mala bona iudicent'.

plus unam agnouerat rationalem animi commendationem naturalem; cf. Gal. 438, 16 *Ἐπίκουρος μὲν τὴν τοῦ χειρίστου μορίου τῆς ψυχῆς οἰκείωσιν ἐθεάσατο μόνην, ὁ δὲ Χρύσιππος τὴν τοῦ βελτίστου φάμενος ἡμᾶς ᾠκειῶσθαι πρὸς μόνον τὸ καλόν, ὅπερ εἶναι δηλονότι καὶ ἀγαθόν*, cf. 439, 3 *ἁπάσας δὲ τὰς τρεῖς οἰκειώσεις θεάσασθαι μόνοις τοῖς παλαιοῖς ὑπῆρξε φιλοσόφοις. ἐάσας οὖν τὰς δύο ὁ Χρύσιππος εἰκότως ἀπορεῖν ἐρεῖ τῆς κατὰ τὴν κακίαν γενέσεως . . . ἅπερ εὐλόγως, οἶμαι, πάντα καὶ ὁ Ποσειδώνιος αὐτοῦ καταμέμφεταί τε καὶ ἐλέγχει.* Hoc igitur Chrysippus posuerat ap. Gal. 437, 10 *μηδεμίαν οἰκείωσιν εἶναι φύσει πρὸς ἡδονὴν ἢ ἀλλοτρίωσιν πρὸς πόνον.* Contra hanc autem doctrinam Galenus ex Posidonii sententia inuehitur; cf. p. 441, 2.

Posidonium igitur, non Chrysippum, Cicero sequitur auctorem IV 12 'natura enim omnes ea, quae bona uidentur, secuntur fugiuntque contraria. Quamobrem simul obiecta est species cuiuspiam, quod bonum uideatur, ad id adipiscendum impellit ipsa natura'. Sequentibus dein Ciceronis uerbis Posidonii illa distinctio inest inter adpetitionem, quae fit cum ratione quaeque sine ratione. Cf. etiam IV 80 'qui autem natura dicuntur iracundi aut misericordes aut inuidi aut tale quid, ei sunt constituti quasi mala ualetudine animi, sanabiles tamen, ut Socrates dicitur etc.'.

Chrysippus porro uitiositatem illam, quoniam natura hominibus inesse negabat, extrinsecus oriri dicebat. Cf. Gal. 439, 9 *εἰ γὰρ δὴ πρὸς τὸ καλὸν εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς ᾠκείωται τὰ παιδία, τὴν κακίαν οὐκ ἐνδοθεν οὐδὲ ἐξ ἑαυτῶν, ἀλλὰ ἔξωθεν μόνον ἐχρῆν αὐτοῖς ἐγγίνεσθαι.* Itaque docuit *τὰς περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν*[1]) *ἐγγίνεσθαι τοῖς φαύλοις διαστροφὰς διά τε τὴν πιθανότητα τῶν φαντασιῶν καὶ καταήχησιν* (Gal. p. 441, 8), duplicem hanc adferens caussam (Gal. 440, 6), *ἑτέραν μὲν ἐκ καταηχήσεως τῶν πολλῶν ἀνθρώπων ἐγγινομένην, ἑτέραν δὲ ἐξ αὐτῆς τῶν πραγμάτων τῆς φύσεως*[2]). Consentaneum autem erat

1) Iw. Mueller '*καὶ κακῶν*' non recte inclusit; nam res, quae nec bonae nec malae sunt, peruersione illa bonae uel malae putantur.

2) Cf. Chrys. ap. Gal. 393, 9 *ἐν ταῖς ἀρχαῖς μᾶλλον τῶν πραγμάτων κινούντων.*

primam falsarum illarum opinionum originem a Chrysippo peti ab ipsa rerum natura. Itaque Galenus miratur uel maxime p. 440, 13 fieri commendationem malorum etiam *ἐπειδὰν* (sc. *τὰ παιδία*) *μήτε θεασάμενα μήτε ἀκούσαντα πρὸς αὐτῶν τῶν πραγμάτων ἐξαπατηθῇ*, Posidonium ille secutus. Is enim hanc Chrysippi doctrinam reprehenderat (cf. Gal. 441, 19 *καὶ γὰρ καὶ ταῦθ' ὁ Ποσειδώνιος μέμφεται*); nam ipse non rerum sed nostri animi naturam esse caussam uoluerat et *δεικνύναι πειρᾶται πασῶν τῶν ψευδῶν ὑπολήψεων τὰς αἰτίας ἐν μὲν τῷ θεωρητικῷ διὰ τῆς παθητικῆς ὁλκῆς γίνεσθαι, προηγεῖσθαι δὲ αὐταῖς τὰς ψευδεῖς δόξας ἀσθενήσαντος περὶ τὴν κρίσιν τοῦ λογιστικοῦ* (442, 1). Quamdiu autem opiniones illae ab inrationalibus animi facultatibus profectae adsunt, animus insanus est, quotienscunque uero rationem debilitatam regunt et animum ducunt (id enim est *προηγεῖσθαι*. Cf. Gal. 596, 14 (*ἔργον τοῦ λογιστικοῦ*) *τῆς τε αἰσθήσεως προηγεῖσθαι . . . καὶ τῆς κινήσεως.* Marc. Aur. VII 55 *τὸ μὲν οὖν προηγούμενον ἐν τῇ τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῇ τὸ κοινωνικόν ἐστιν*), animus in perturbatione esse dicitur.

Iam uides, opinor, unde Cicero hanc sententiam sumpserit III 31 'iudico malum illud opinionis esse, non naturae (sc. rei alicuius); si enim in re esset, cur cet.' § 65 'vides ergo opinionis esse, non naturae malum'. § 24 'est igitur caussa omnis in opinione nec uero aegritudinis solum sed etiam reliquarum omnium perturbationum cet.'. Atque errare equidem Corssenum puto, qui Ciceronem, cum perturbationum caussam in opinione poneret, secutum esse censeat Chrysippi doctrinam (l. l. p. 12), ab his ille Galeni verbis profectus p. 405, 5 *Χρύσιππος μὲν οὖν ἐν τῷ πρώτῳ περὶ παθῶν ἀποδεικνύναι πειρᾶται κρίσεις τινὰς εἶναι τοῦ λογιστικοῦ τὰ πάθη.* Primum enim Chrysippus perturbationum caussam ne posuit quidem in iudiciis, immo ipsas eas esse *κρίσεις* quasdam rationalis facultatis docuit; cf. Gal. 335, 8 *ἔνθα ζητεῖ πότερα κρίσεις ἐστὶν ἢ κρίσεσιν ἐπιγίνεται τὰ πάθη* 336, 2 *ἐπιδεικνύναι πειρώμενος, ὡς ἄμεινον εἴη κρίσεις ὑπολαμβάνειν αὐτὰ καὶ οὐκ ἐπιγινόμενά τινα ταῖς κρίσεσιν.* Deinde aliquantum interest inter *κρίσεις τοῦ λογιστικοῦ* et opiniones. Etenim cum illae rationis solius sint actiones (cf. Gal. 377, 9 *ἡ κρίσις ἔργον ἐστὶ τῆς λογικῆς δυνάμεως*), opiniones

etiam per inrationales animi facultates fieri possunt[1]); cf. Cic. de fin. II 13 'animi sine ratione opinantis'. Ita etiam Zenonem puto dixisse sapientem, quippe qui semper sequatur rationem, opinari nunquam[2]). Iudicia igitur rationalis facultatis dicuntur motus, opiniones autem inrationalis quoque esse possunt.

Hoc uero a Posidonio sic positum esse, non traditur, sed concludi potest. Cicero enim, eum secutus (cf. Schichius de font. de div. Ienae 1875, et Corssen l. l. p. 13 sq.) Platonis ipsa verba (Rep. 57 C) expressit de div. I 60 'cum dormientibus ea pars animi, quae mentis et rationis sit particeps (*τῆς ψυχῆς ὅσον λογισακὸν καὶ ἥμερον καὶ ἄρχον ἐκείνου*), sopita langueat, illa autem, in qua feritas quaedam sit atque agrestis inmanitas, cum sit inmoderato extumefacta potu atque pastu, exultare eam in somno inmoderateque iactari[3]): itaque huic omnia uisa obiciuntur a mente ac ratione uacua, ut aut cum matre corpus miscere uideatur aut cum quouis alio uel homine uel deo, saepe belua, atque etiam trucidare aliquem et impie cruentari multaque facere impure atque taetre cum temeritate (*ἄνοια*) et impudentia etc.'

Atque has opiniones Stoici aegrotationem appellauerunt, de qua quid Chrysippus et Posidonius censuerint, iam breuiter dicamus.

Uterque igitur ex aegrotatione animi perturbationes oriri docuit; sed quomodo moueretur animus, a Chrysippo non dictum erat; cf. Posid. ap. Galen. p. 371, 6 *ὅτι γὰρ διὰ τὴν νόσον τῆς ψυχῆς ἐν τοῖς πάθεσι γίνονται, πάντες ὁμολογοῦσιν· πῶς μέντοι γε κινηθείσης καὶ πῶς κινούσης ζητεῖται μὲν, οὐχ ὑποδείκνυται δέ.* Iam Chrysippus sic eam definiuerat ap. Gal. 368, 12 *οὐ γὰρ ἐν τῷ κρίνειν ἀγαθὰ ἕκαστα τούτων λέγεται ἀρρωστήματα ταῦτα, ἀλλὰ κατὰ τὸ ἐπὶ πλέον ἐκπεπτωκέναι πρὸς ταῦτα τοῖ κατὰ φύσιν.* Sed Galenus e Posidonii sententia

1) Cf. Excerpta e libro Maximi Monachi *τοῦ ὁμολογητοῦ* ad S. Marinum presb. p. 767 *ἡ μὲν γὰρ δόξα διττὴ, λογική τε καὶ ἄλογος κτλ.*

2) Cf. Cic. pro Mur. XXIX 61.

3) Cf. Tusc. IV 24 'intellegatur igitur perturbationem iactantibus se opinionibus inconstanter et turbide in motu esse semper.

contra Chrysippum hoc defendit 369, 10 *ἀρρωστήματα γίνεσθαι κατὰ τὴν ψυχὴν . . . ἁπλῶς τῷ ψευδῶς ὑπειληφέναι περί τινων ὡς ἀγαθῶν ἢ κακῶν . . .* u. 12 *ἀρρώστημα τὴν περὶ τῶν χρημάτων εἶναι δόξαν ὡς ἀγαθῶν.* Cf. Cic. IV 26 'est autem auaritia opinatio uehemens de pecunia, quasi ualde expetenda sit inhaerens et penitus insita'.

Obiter tantum commemorem nihil interesse inter '*ὡς ἀγαθά*' et 'quasi ualde expetenda sit' secundum doctrinam Posidonianam; cf. Gal. 593, 10 *Χρύσιππος . . . ἕτερόν τι νομίζων δηλοῦσθαι καθ' ἑκάστην τῶνδε τῶν φωνῶν, αἱρετέον, ποιητέον, θαρρητέον, ἀγαθόν. ἔστι δὲ οὐχ ἕτερον, ἀλλὰ ἐν ἁπάσαις ταὐτόν, ὅπερ ἐκ τῆς ἀγαθόν δηλοῦται. τοῦτο γάρ ἐστι μόνον, ὅπερ ἂν ἕλοιτό τις ἢ πράξειεν ἢ θαρρήσειεν κτλ.*

Adsumendum autem est etiam hoc IV 79 'quis enim dubitarit, quin aegrotationes animi, qualis est auaritia, gloriae cupiditas, ex eo quod magni aestumetur ea res, ex qua animus aegrotat, oriantur? Unde intellegi debet, perturbationem quoque omnem esse in opinione'. Has igitur opiniones pravas ex 'insita' ad iram atque laetitiam commendatione (cf. Cic. IV 24 'eaque oriuntur ex libidine et ex laetitia') et ab 'insita' a dolore alienatione oriri (cf. Cic. IV 26 'quod autem nascitur ex offensione, ita definiunt, opinionem uehementem de re non fugienda inhaerentem et penitus insitam tamquam fugienda'), hoc Posidonium docuisse supra vidimus.

In Chrysippi doctrina omnino nihil intererat inter aegrotationem atque perturbationem. Quare eandem rationem tradiderat intercedere inter sapientium animos atque insipientium quam inter corpora sana atque insana. Quam similitudinem Posidonius reprehenderat (cf. Gal. 408, 9 *μέμφεταί γε ὁ Ποσειδώνιος αὐτοῦ τὴν εἰκόνα*) idque hac de caussa, cf. Gal. 409, 1 *ἀπαθῆ μὲν γὰρ γίνεσθαι ψυχὴν τὴν τοῦ σοφοῦ δηλονότι, σῶμα δὲ οὐδὲν ὑπάρχειν ἀπαθές.* Atque idem apud Ciceronem IV 31 legimus argumentum 'illud animorum corporumque dissimile, quod animi ualentes morbo temptari non possunt, corpora possunt', ut recte Seyffertus codicum scripturam restituisse uideatur.

Posidonius enim animi statum, qualis esset ante perturbationem et qualis in ipsa perturbatione, distinxit, Chrysippus

non distinxerat; cf. Gal. 408, 4 *ὁποία δέ τίς ἐστιν ἡ τῶν φαύλων ψυχὴ κατά τε τὰ πάθη καὶ πρὸ τῶν παθῶν, οὐκέθ' ὁμοίως ἐξηγοῦνται. Χρύσιππος μὲν γὰρ ἀνάλογον ἔχειν αὐτὴν φησι τοῖς ἐπιτηδείοις σώμασιν εἰς πυρετοὺς ἐμπίπτειν ἢ διαρροίας ἢ τι τοιοῦτον ἕτερον ἐπὶ σμικρᾷ καὶ τυχούσῃ προφάσει.* Posidonius contra hoc docuit ap. Gal. 409, 13 *ἔοικεν ἡ ψυχικὴ νόσος ἤτοι τῇ σωματικῇ ὑγιείᾳ ἐχούσῃ τὸ εὐέμπτωτον εἰς νόσον ἢ αὐτῇ τῇ νόσῳ.* Simile aliquid inueniri puto ap. Cic. IV 29 'aegrotationem (sc. appellant) morbum cum imbecillitate'. Accedit, quod *εὐέμπτωτον* (procliuitas) terminus erat a Posidonio potissimum usurpatus; cf. Gal. 409, 4 *τὸ εὐέμπτωτον εἰς νόσον· οὕτω γὰρ ὠνόμασεν ὁ Ποσειδώνιος κτλ.* Posidonium igitur indicant verba Ciceronis IV 27 'alii ad alios morbos procliuiores'. § 28 'haec aliorum ad alios morbos procliuitas', 'procliuitas ad eas perturbationes'. § 81 'ut optima quisque ualetudine adfectus potest videri vel natura ad aliquem morbum procliuior, sic animus alius ad alia vitia propensior'. § 28 'haec igitur ad suum quodque genus a similitudine corporis aegrotatio dicatur, dum ea intellegatur ad aegrotandum procliuitas'.

Ne hoc quidem neglegendum est, quod Galenus Posidonium putat id Chrysippo condonasse, ut ipsam procliuitatem nominaret aegrotationem; cf. Gal. 410, 2 *ἐν τούτοις τὸν Ποσειδώνιον ἐπαινῶ μέν, ὅτι τοῖς ὑγιαίνουσι σώμασιν ὁμοίως ἔχειν φησὶ τὰς τῶν φαύλων ψυχάς, ὅταν ἔξω παθῶν καθεστήκωσιν, οὐκ ἐπαινῶ δὲ νόσον ὀνομάζοντα τὴν τοιαύτην κατάστασιν* .... u. 14 *ἀλλὰ γὰρ εἰλαβῆθαί μοι δοκεῖ διαφερόμενος ἐν ἅπασι φωραθῆναι Χρυσίππῳ.* Hanc autem Posidonii cautionem atque concessionem in Ciceronis verbis extremo loco adpositis uidere mihi videor.

E tota denique hac quaestione haec profecta esse ueri est simile, quae dicit Cic. IV 29 'morbi autem et aegrotationes partes sunt uitiositatis, sed perturbationes sintne eiusdem partes quaestio est. Vitia enim adfectiones sunt manentes, perturbationes autem mouentes, ut non possint adfectionum manentium partes esse'.

Has uero definitiones Chrysippus recte secundum Platonis doctrinam tradiderat, ap. Gal. 416, 5 *λέγεται δὲ εἶναι σώματος νόσος ἡ ἀσυμμετρία τῶν ἐν αὐτῷ κτλ.*, atque eandem esse

animi sanitatis rationem; cf. Gal. 417, 7 *ἡ δὲ ἐν τῷ σώματι ὑγίεια εὐκρασία τις καὶ συμμετρία.* Cf. p. 416, 11; 670, 4. Eadem autem, utpote quae a Platonis doctrina non discederent, Posidonius quoque sine dubio docuit. Quamquam Chrysippus nullo modo dicere potuit, *τίνων μέν ἐστι μορίων ἡ τῆς ψυχῆς ὑγίεια συμμετρία, τίνων δὲ νόσος ἀσυμμετρία* (Gal. 419, 15), Posidonius uero potuit. Quod si facultates inrationales cum facultate rationali pugnant, tum existit illa *μάχη τῆς λογιστικῆς δυνάμεως πρὸς τὴν ἐπιθυμητικήν*, de qua Galenus Platonem secutus loquitur p. 466, 15, tum pugnant inter se iudicia rationalia atque opiniones inrationales. Similiter Cicero animi sanitatem adesse dicit IV 30 'cum eius iudicia opinionesque concordant'. Certe nihil simile Chrysippus scripserat. Immo Galenus ex alio eiusdem libro, qui erat de ratione, collegit, fortasse *ἐννοίας* atque *προλήψεις* eum intellexisse illa *μέρη*, 421, 16 *ἀναμιμνήσκεις ἴσως ἡμᾶς τῶν ἐν τοῖς περὶ τοῦ λόγου γεγραμμένων, διὰ ὧν σὺ διῆλθες, ὡς ἔνεστιν ἐννοιῶν τέ τινων καὶ προλήψεων ἄθροισμα*, quae quam multum differant a Ciceronis iudiciis opinionibusque, luce est clarius.

Statum porro animi, qui non regitur ratione, ut Socrates, ita Stoici amentiam uocauerant; cf. Cic. III 10. Chrysippus autem ne de hac quidem re distinctis uerbis locutus esse videtur. Galenus quidem, laudato quodam Chrysippi loco, ubi *γυναικομανεῖς* atque *ὀρνιθομανεῖς* uoces occurrunt, sic concludit p. 369, 3 *εἰ γὰρ δὴ μὴ μάτην ἐγκείσεται τὸ τῆς μανίας ὄνομα τῷ τοῦ ἀρρωστήματος προσαρτήματι, μανία δὲ ὑπὸ τῆς ἀλόγου κατὰ τὸ σῶμα γίνεται δυνάμεως, οὐδὲν ἧπται τὸ ἀρρώστημα τῶν λογικῶν.* Itaque uerisimile est, Galenum non inuenisse hoc, quod apud Cic. II 10 legimus 'animi adfectionem lumine mentis carentem nominauerunt amentiam eandemque dementiam'.

Omnino uero Chrysippus nimiis uerbis de animi morbis locutus erat; cf. Gal. 421, 8 *μηκύνεις τὸν λόγον ἐν τοῖς οὐ προσήκουσιν*, i. e. in comparandis animi morbis cum morbis corporis; cf. Cic. II 23 'hoc loco nimium operae consumitur a Stoicis, maxime a Chrysippo, dum morbis corporum comparatur morborum animi similitudo'. Haec autem uituperatio a Posidonii libro profecta esse existimanda erit.

Sed iam transeamus ad perturbationum generalium defi-

nitiones. Chrysippus igitur has tradidit ap. Gal. 336, 11 *τὴν λύπην* esse *δόξαν πρόσφατον κακοῦ παρουσίας, τὸν δὲ φόβον προσδοκίαν κακοῦ, τὸν δὲ ἡδονὴν δόξαν πρόσφατον ἀγαθοῦ παρουσίας . . .* 337, 1 *ἐπιθυμίαν ὄρεξιν ἄλογον.* Easdem autem Cicero exhibet; cf. III 24 sq. 79. IV 11. Itaque quaeritur, num Posidonius quoque eas retinere potuerit. Si quidem opiniones inrationalium facultatum actiones atque motus esse docuit, potuit; neque enim Chrysippum reprehendit propterea quod opiniones esse perturbationes dixerat, sed quod opiniones has solius rationis esse existimauerat; cf. Gal. 336, 13 *ἄντικρυς γὰρ ἐν τούτοις* (sc. *τοῖς τῶν γενικῶν παθῶν ὁρισμοῖς*) *τοῦ λογιστικοῦ τῆς ψυχῆς μόνου μέμνηται παραλείπων τό τε ἐπιθυμητικὸν καὶ τὸ θυμοειδές· καὶ γὰρ τὴν δόξαν καὶ τὴν προσδοκίαν ἐν τῷ λογιστικῷ μόνῳ συνίστασθαι νομίζει.* De iisdem autem definitionibus Galenus haec quoque scripsit p. 348, 2 *οὐδὲν ἄχρι γε τῆς τῶν ὅρων ἐξηγήσεως ὁ Χρύσιππος ἐναντίον ἀπεφήνατο τοῖς παλαιοῖς. Ὁπόταν δὲ ἐφεξῆς ἐπισκέπηται, πότερον κρίσεις τινὰς ἢ κρίσειν ἑπόμενα χρὴ νομίζειν εἶναι τὰ πάθη, καθ' ἑκάτερα μὲν ἀποχωρεῖ τῶν παλαιῶν.* Atque fuit illa ueterum, quos sequebatur Posidonius, doctrina; easdem definitiones Zeno docuerat; cf. Posid. ap. Gal. p. 391, 5 *ὁ γοὖν ὅρος οὗτος ὁ τῆς λύπης* (sc. *δόξαν εἶναι πρόσφατον κακοῦ παρουσίας*) *ὥσπερ καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν παθῶν ὑπό τοῦ* (codd. edd. *τε*) *Ζήνωνος εἰρημένοι καὶ πρὸς τοῦ Χρυσίππου γεγραμμένοι σαφῶς ἐξελέγχουσι τὴν γνώμην αὐτοῦ* (sc. *τοῦ Χρυσίππου*)[1]); neque illae definitones discedunt a doctrina Platonis, qui in Philebo 37 E de uoluptate Socratem ita disserentem facit, ut bonam eam esse dicat, si opinione

1) Hoc argumento, secum ipsam pugnare, etiam alibi redarguitur (*ἐξελέγχεται*) a Posidonio atque Galeno Chrysippi doctrina; cf. p. 277, 1 *ἐξελέγχεται τοίνυν κἀνταῦθα τὸ τοῦ Χρυσίππου δόγμα πρὸς αὐτῶν, ὧν ἐπικαλεῖται μαρτύρων.* Redarguitur autem et refellitur Chrysippus, quia ut non agnouerat, aegrotationem animi existere praesenti illa opinione inrationalibus facultatibus orta, perturbationem uero, cum his opinionibus rationis iudicium uinceretur atque duceretur, ita non uiderat, has tempore defetigari, ut ratio iterum ducere posset. Zeno autem et Posidonius, quippe qui non in sola ratione perturbationes positas esse intellexissent, caussam eius rei dicere poterant. Cf. huius diss. p. 26.

uera, malam, si falsa citetur: interesse autem, a quo pictore (*ζωγράφος*) imago ‘in animo pingeretur (cf. Phil. 39)[1]). Cf. Posid. ap. Gal. 453, 16 *διὰ λόγου μὲν πεισθέντες κακὸν ἑαυτοῖς παρεῖναι ἢ ἐπιφέρεσθαι οὔτε φοβοῦνται οὔτε λυποῦνται, φαντασίας δὲ ἐκείνων αὐτῶν λαμβάνοντες. πῶς γὰρ ἄν τις λόγῳ κινήσειε τὸ ἄλογον, ἐὰν μή τινα ἀναζωγράφησιν προσβάληται αἰσθητῇ παραπλησίαν; κτλ.* Porro Plato in Protagora p. 358 D dicit *προσδοκίαν τινὰ λέγω κακοῦ τοῦτο, εἴτε φόβον εἴτε δέος καλεῖτε*, cf. etiam [Plat.] def. 415 E *φόβος ἔκπληξις ψυχῆς ἐπὶ κακοῦ προσδοκίᾳ.* Neque omittendum est hoc loco, quod Galenus de claris suae aetatis Stoicis tradit p. 362, 17 *ἐνίοτε μὲν τὸν ἡμαρτημένον λόγον φασὶ καὶ τὴν δόξαν τὴν ψευδῆ τῶν κατὰ τὰ πάθη κινήσεων αἴτιον ὑπάρχειν, δυσωπούμενοι δὲ αὖθις ὑπὸ τῶν Χρυσίππου ῥήσεων ὑποχωροῦσί τε τούτων κτλ.* Chrysippus enim, qui perturbationes *κρίσεις τινάς* nominauerat, haec iudicia ab erroribus seiunxit ap. Gal. 342, 9. Posidonius uero, qui rationem in perturbationibus uinci docebat, errores illas opiniones appellare potuit, uelut Gal. p. 367, 12 dicit *καίτοι ἐνόν γε ἡμῖν λέγειν, ὦ γενναιότατε Χρύσιππε, δυοῖν θάτερον, ἢ ὡς οὐδὲν διαφέρει πάθος ἁμαρτήματος ἢ ὡς ἐπιγίνεται τοῖς ἁμαρτήμασι τὰ πάθη.* Simili modo Cicero scribere uidetur III 81, malum ‘opinionis errore contractum’. IV 23 ‘prauarum opinionum conturbatio’. § 61 ‘inter omnis enim conuenire oportet, commotiones animorum a recta ratione auersas esse uitiosas’.

Posidonius igitur hac, quam exposuimus, ratione uti poterat atque illud retinere, *ὑπὸ τῆς θυμοειδοῦς τε καὶ ἐπιθυμητικῆς δυνάμεως . . . γίνεσθαι τὰ πάθη* (Gal. p. 348, 14), quod etiam Ciceronem tradidisse (IV 10) supra demonstrauimus, qui nihilo minus turbidos hos motus boni aut mali opinione citari dixit III 24. Hos autem motus Posidonius *παθητικὰς κινήσεις* (cf. Gal. 443, 10) nominare solebat.

Ex eadem illa quaestione etiam hoc argumentum petere licet. Posidonius enim, si quidem Chrysippus recte iudicasset, necesse fore dixit, sapientes quoque atque proficientes (*οἱ προ-*

1) Cf. Arist. d. an. II 10 p. 433 b *ὀρεκτικὸν δὲ οὐκ ἄνευ φαντασίας· φαντασία δὲ πᾶσα ἢ λογιστικὴ ἢ αἰσθητική· ταύτης μὲν οὖν καὶ τὰ ἄλλα ζῷα μετέχει.*

κόπτοντες) in summas incidere perturbationes, quod non eueniret; cf. Gal. p. 392, 8 *οἱ μὲν γὰρ ἐν μεγίστοις ἀγαθοῖς, οἱ δὲ ἐν μεγίστοις κακοῖς ἑαυτοὺς ὑπολαμβάνοντες εἶναι, ὅμως οὐ γίνονται διὰ τοῦτο ἐν πάθει.* Eius rei caussam adfert Posid. ap. Gal. 454, 12 *καὶ μὴν οἱ προκόπτοντες μεγάλα κακὰ δοκοῦντες ἑαυτοῖς παρεῖναι ἢ ἐπιφέρεσθαι οὐ λυποῦνται· φέρονται γὰρ οὐ κατὰ τὸ ἄλογον τῆς ψυχῆς οὕτως, ἀλλὰ κατὰ τὸ λογικόν.* In Cicerone IV 68 autem legimus ‘philosophi summi, nequedum tamen sapientiam consecuti, nonne intelligunt, in summo se malo esse? Sunt enim insipientes, neque insipientia ullum maius malum est, neque tamen lugent’.

Sed quoniam de opinionibus diximus, ueniamus ad alias perturbationum definitiones, quas Posidonius non minus quam Chrysippus probare poterat, dummodo ita mutaret enarrationem, ut, quas Chrysippus adfectiones rationis esse putauerat, easdem Posidonius inrationalium facultatum esse doceret, ipsa autem illius uerba retineret. Cicero uero cur semper repeteret, praesertim in tam breui disputatione, quod expressis uerbis IV 10 dixit, motus illos in ea animi esse parte, quae expers esset rationis?

Galenus igitur, hoc quoque loco Posidonium secutus, tradit p. 338, 3 (*Χρύσιππος*) *αὐτὸς ἑαυτῷ διαφέρεται φανερῶς . . . ἐπειδὰν ὑπὲρ τῶν κατὰ τὸ πάθος ὁρισμῶν γράφων ἄλογόν τε καὶ παρὰ φύσιν κίνησιν ψυχῆς αὐτὸ φάσκῃ καὶ πλεονάζουσαν ὁρμὴν κτλ.* Galenus igitur et Posidonius hac definitione uti poterant, Chrysippus non item; *ταυτὶ γὰρ ἀμφότερα μάχεται τῷ κρίσεις εἶναι τὰ πάθη* (Gal. 338, 8). Ergo ex Posidonii opere hanc definitionem, praesertim cum Zeno quoque eam docuisset, Cicero hauire potuit IV 6 ‘est igitur Zenonis haec definitio, ut perturbatio sit . . . auersa a recta ratione contra naturam commotio’ cf. IV 47. III 24 ‘cum omnis perturbatio sit animi motus uel rationis expers uel rationem aspernans uel rationi non oboediens, isque motus aut boni aut mali opinione citetur cet.’ Cur enim Posidonius ea non probaret omnia? Nam teste Gal. p. 343, 12 *ταυτὶ μὲν οὖν ἅπαντα πρὸς τῷ μηδὲν ἔχειν μεμπτὸν ἔτι καὶ ἀληθῶς τε καὶ διωρισμένως καὶ κατὰ τὴν Πλάτωνος εἴρηται γνώμην.* Atque ipse Galenus dicit Chrysippum comprobans p. 360, 4 *τὸ γὰρ ἴδιον τοῦ πάθους αὐτὸ δὴ τοῦτό*

ἐστι τὸ χωρὶς λόγου κινεῖσθαι τὴν ψυχήν. Cf. 357, 14. 361, 3 (*κινήσεις*) *χωρὶς λόγου πάντως καὶ ἀπεστραμμέναι τὸν λόγον, ὃν ἡγεμόνα ἔδωκεν ἡμῖν ἡ φύσις ἁπασῶν τῶν κατὰ μέρος ἐνεργειῶν· οὐχ ἡγεῖται δὲ ἐν τοῖς πάθεσιν.* Cf. 357, 14. 342, 13 *τὸ δὲ πάθος . . . ἀπειθὴς . . . ἐστὶ τῷ λόγῳ κίνησις ψυχῆς.* Cf. 358, 6.

Ab hac definitione profectus Chrysippus animalia, quippe quae sint expertia rationis, in perturbationes incidere negat; cf. Gal. 342, 5. 407, 12. Posidonius contra ap. Gal. 457, 7 docuit, animalia *χρῆσθαι τῇ τε ἐπιθυμητικῇ καὶ θυμοειδεῖ* (sc. *δυνάμει*), *τὸν ἄνθρωπον δὲ μόνον ταῖς τρισί, προσειληφέναι γὰρ καὶ τὴν λογιστικὴν ἀρχήν.* cf. 400, 5. 456, 14. Atqui Galenus in libro VI. ineunte pluribus disputat de *πάθους* et *ἐνεργείας* discrimine; cf. p. 491, 12 *ἡ μὲν οὖν ἐνέργεια κίνησίς ἐστι δραστική, δραστικὴν δὲ ὀνομάζω τὴν ἐξ ἑαυτοῦ, τὸ δὲ πάθος ἐν ἑτέρῳ κίνησίς ἐστιν ἐξ ἑτέρου.* Ex. gr. in hominibus motus irae *ἐνέργεια* est inrationalis facultatis, idem uero motus *πάθος* est, quia ratio illo uincitur atque ducitur[1]). In homine igitur uidemus *εἰς ἓν ὑποκείμενον τῷ πάθει τὴν ἐνέργειαν συνέρχεσθαι καὶ κατὰ τοῦτο διαφέρειν μηδέν, τῷ λόγῳ μέντοι διαφέρειν* (Gal. 491, 14). Ergo in animalibus rationis expertibus inrationalium facultatum motus *ἐνέργεια* solum, non *πάθος* appellari possit, qna uoce Galenus interdum ipsam inrationalium partium actionem significauit. Fortasse autem Posidonius accuratius *πάθος* atque *ἐνέργειαν* distinxit, ut hanc differentiam Cicero respiciens scriberet IV 31 ‘omnes morbi et perturbationes ex aspernatione rationis eueniunt, itaque in hominibus solum existunt: nam bestiae simile quiddam faciunt (*ἐνέργεια, ἔργον τοῦ παθητικοῦ, δραστικὴ κίνησις*), sed in perturbationes non incidunt’. Ceterum ipse Galenus alio loco idem sentit p. 341, 11 *διὰ μὲν οὖν τοῦ ἀπεστράφθαι φάναι τὸν λόγον ἐχώρισε* (sc. *Χρύσιππος*) *τὴν κατὰ τὸ πάθος ἄλογον κίνησιν* [*τῆς*][2]) *τῶν ἀψύχων τε καὶ τῶν ἀλόγων ζῴων. . . . ᾧ γὰρ τὴν ἀρχὴν μὴ μέτεσι τοῦ πείθεσθαί τε καὶ*

1) Cf. Gal. p. 495, 9 exemplum equi eiusque ductoris.

2) *τῆς* a Muellero adiectum immerito; *χωρίζει* idem hoc loco ualet, quod *ἀφαιρεῖται*, ‘remouet a’; cf. Gal. 457, 2 *τῶν ἀλόγων ζῴων ἀφαιρεῖται τὰ πάθη.* (Cf. Gal. 432, 12 *τὸ δὲ καὶ τοῖς τόποις αὐτὰς ἀλλήλων κεχωρίσθαι*).

ἕπεσθαι τῷ λόγῳ, τοῦτο πῶς ἂν ἦ ἀπειθεῖν ἢ ἀπεστράφθαι ποτὲ δύναιτο τὸν λόγον; . . . ἐκ μὲν δὴ τῶν τοιούτων δείκνυται τὸ μήτε ἀψύχῳ τινὶ μήτε ἀλόγῳ ζῴῳ πάθος ἐγγίνεσθαι ψυχικόν.

Eadem autem ratione has Chrysippi definitiones e Posidonii libro in Ciceronis disputationes fluxisse puto:

Chrysipp. ap. Gal. 360, 16 *αἱ οὕτως ἄλογοι κινήσεις πάθη τε λέγονται καὶ παρὰ φύσιν εἶναι ἅτε ἐκβαίνουσαι τὴν λογικὴν σύστασιν.* 339, 14 *ὁ πλεονασμὸς τῆς ὁρμῆς εἴρηται διὰ τὸ τὴν καθ' αὑτοὺς καὶ φυσικὴν τῶν ὁρμῶν συμμετρίαν ὑπερβαίνειν.* Cf. Chrys. ap. Gal. p. 340, 14.

Cic. IV 11 'quidam brevius perturbationem esse adpetitum uehementiorem, sed uehementiorem eum uolunt esse, qui longius discesserit a naturae constantia'. Cf. § 47.

Probasse autem hanc definitionem Posidonium censeo propterea quod a Zenone erat profecta; cf. Cic. IV 47 'definitio perturbationis, qua recte Zenonem usum puto. Ita enim definit, ut perturbatio sit auersa a ratione contra naturam animi commotio, uel breuius, ut perturbatio sit adpetitus uehementior, uehementior autem intelligatur is, qui procul absit a naturae constantia'[1]). Praeterea uero Gal. 361, 5 dicit, *ὅθεν ἐκβεβηκέναι φησὶ* (sc. *ὁ Χρύσιππος*) *τὴν λογικὴν σύστασιν ἁπάσας τὰς κατὰ πάθος κινήσεις, ὀρθότατα λέγων. εἰ γὰρ ἡ μὲν λογικὴ τοῦ ζῴου σύστασις ἡγεμόνα κέκτηται τὸν λόγον, οὐ κρατεῖ δὲ οὗτος οὐδὲ ἡγεῖται τῶν κατὰ πάθος κινήσεων, ἐκβέβηκε τὴν λογικὴν φύσιν ὁ κατὰ πάθος κινούμενος.* 497, 7 *οὐχ ὑπὸ τῶν τοῦ παθητικοῦ κινήσεων, ἀλλὰ ὑπὸ τῶν τοῦ λογιστικοῦ κρίσεων ἐπιτροπεύεσθαί τε καὶ διοικεῖσθαί φαμεν τὸν βίον ἡμῶν. ὅταν οὖν ἔμπαλιν διοικώμεθα, παρὰ φύσιν τε δηλονότι καὶ διὰ τοῦτο καὶ κατὰ πάθος ὁ τοιοῦτος βίος ἐπιτελεῖται.* Hoc unum inter Chrysippi et Posidonii doctrinam intererat, quod ille rationem, hic *τὸ παθητικόν* adpetitus immoderati caussam esse uolebat. Cf. Gal. 348, 16 (*Ποσειδώνιος*) *πυνθάνεταί γε τοὺς περὶ τὸν Χρύσιππον οὐκ ὀλιγάκις ἐν τῇ περὶ παθῶν ἑαυτοῦ πραγματείᾳ, τίς ἡ τῆς πλεοναζούσης ὁρμῆς ἐστιν αἰτία* 'quod sit subiectum siue substratum illius adpetitus'.

1) Cf. Stob. ecl. eth. II 36 sq. ed. Heeren (p. 39, 4 ed. Wachsm.) *ὡς δ' ὁ Στωϊκὸς ὡρίσατο Ζήνων, πάθος ἐστὶν ὁρμὴ πλεονάζουσα.*

Quamquam igitur desideria *τοῦ παθητικοῦ* naturalia sunt, tamen uehementiores eius motus, qui rationem uincunt, contra naturam sunt, cum secundum rationem uiuere esse dicatur uiuere secundum naturam. Quare Cicero non discedit a Posidonii disciplina, cum dicit IV 79 'an quidquam est secundum naturam, quod fit repugnante ratione?' § 60 'perturbationes per se esse uitiosas nec habere quicquam aut naturale aut necessarium'.

Idem iudicamus de his communibus Chrysippi Ciceronisque uerbis:

Chrys. ap. Gal. 383, 10 *διὸ καὶ ἐπὶ τῶνδε τῶν ἐμπαθῶν ὡς περὶ ἐξεστηκότων ἔχομεν καὶ ὡς πρὸς παρηλλαχότας ποιούμεθα τὸν λόγον καὶ οὐ παρὰ ἑαυτοῖς οὐδὲ ἐν ἑαυτοῖς ὄντας.*

Cic. III 11 'itaque nihil melius quam quod est in consuetudine sermonis Latini, cum exisse ex potestate dicimus eos, qui effrenati feruntur aut libidine aut iracundia. . . . Qui igitur exisse ex potestate dicuntur, idcirco dicuntur, quia non sunt in potestate mentis, cui regnum totius animi a natura est datum'.

Quae Ciceronis uerba quam redoleant doctrinam Posidonianam, primo obtutu apparet. Quid enim erat, cur Chrysippea illa Posidonius non amplecteretur, cum praesertim plane cum ueterum sententia congruerent? Cf. Gal. 385, 4. Eam ob caussam Galenus quoque illi enuntiationi adstipulatur; cf. 387, 4 (*Χρύσιππος*) *ὀρθότατα γινώσκων, πλὴν ὅτι τὴν βίαν ἔξωθεν αὐτῶν ἔφησεν εἶναι* (cf. Chrys. ap. Gal. 387, 2), *δέον οὐκ ἔξωθεν, ἀλλὰ ἐν τοῖς ἀνθρώποις ὑπάρχειν εἰπεῖν· οὐ γὰρ διὰ αὐτὸ λέγομεν αὐτοὺς ἑαυτῶν ἔξω καθεστηκέναι καὶ μὴ ἐν ἑαυτοῖς εἶναι, διότι τὸ βιαζόμενον αὐτοὺς ὁρμᾶν κατὰ τὸ πάθος ἔξωθέν ἐστιν, ἀλλὰ ὅτι παρὰ φύσιν ἔχουσιν, εἴγε τὸ λογικὸν τῆς ψυχῆς, ᾧ κρατεῖν καὶ ἄρχειν τῶν ἄλλων ἦν κατὰ φύσιν, οὐ κρατεῖ νῦν, ἀλλὰ κρατεῖται καὶ ἄρχεται πρὸς τῶν ἀλόγων τῆς ψυχῆς δυνάμεων.* A qua Galeni explanatione Ciceronis illam non procul abesse nemo non uidet.

Chrysippus denique teste Gal. 337, 9 *τήν τε . . . λύπην ὁριζόμενος μείωσιν εἶναί φησιν ἐπὶ φευκτῷ δοκοῦντι ὑπάρχειν, τήν θ' ἡδονὴν ἔπαρσιν ἐφ' αἱρετῷ δοκοῦντι· καὶ γὰρ καὶ αἱ μειώσεις καὶ αἱ ἐπάρσεις καὶ αἱ συστολαὶ καὶ αἱ διαχύσεις, καὶ γὰρ καὶ τούτων ἐνίοτε μέμνηται, τῆς ἀλόγου δυνάμεώς ἐστι παθήματα ταῖς δόξαις ἐπιγινόμενα.* Similia legimus ap. Cic. IV 14. 15. 37. 66 sq. III 83, quae non minus e Posidonii quam e Chrysippi libris manare potuerunt, quia inrationalium facultatum illae commutationes esse dicuntur, quae res cum Chrysippi doctrina pugnat; cf. Gal. 338, 2. Praeterea iam Zeno iis definitionibus usus erat; cf. Gal. 337, 15 *τοιαύτην δέ τινα τὴν οὐσίαν τῶν παθῶν . . . Ζήνων, οὐκ αὐτὸς λαμβάνει.* 405, 7 *Ζήνων δὲ οὐ τὰς κρίσεις αὐτὰς ἀλλὰ τὰς ἐπιγινομένας αὐταῖς συστολὰς καὶ διαχύσεις ἐπάρσεις τε καὶ πτώσεις τῆς ψυχῆς ἐνόμιζεν εἶναι τὰ πάθη.* Cf. 348, 8. Facillime autem haec cum Platonis decretis conciliare Posidonius potuit; cf. Plat. Phil. 42 C *πληρώσεσι καὶ κενώσεσι καί τισιν αὔξαις καὶ φθίσεσι λῦπαί τε καὶ ἀλγηδόνες καὶ ὀδύναι καὶ πάνθ', ὁπόσα τοιαῦτ' ὀνόματ' ἔχει, ξυμβαίνει γιγνόμενα.* 43 B *αἱ μεταβολαὶ κάτω τε καὶ ἄνω γιγνόμεναι λύπας τε καὶ ἡδονὰς ἀπεργάζονται.* 47 A *τὸ μὲν ὑπομεμιγμένον τῆς λύπης γαργαλίζει τε καὶ ἠρέμα ἀγανακτεῖν ποιεῖ, τὸ δ' αὖ τῆς ἡδονῆς πολὺ πλεῖον ἐγκεχυμένον συντείνει τε καὶ ἐνίοτε πηδᾶν ποιεῖ.* Cf. al. loc.

Iam restat, ut de perturbationum curatione dicamus. Primum autem, si quis sanationem inuenire uelit, hoc esse dicit Gal. 396, 8 *τὸ τὰς αἰτίας ἐξευρεῖν, ὑφ' ὧν γίνεταί τε καὶ παύεται τὰ πάθη.* Cf. Cic. III 23 'doloris huius origo nobis explicanda est, id est caussa efficiens aegritudinem in animo tamquam aegrotationem in corpore. Nam ut medici caussa morbis inuenta curationem esse inventam putant, sic nos caussa aegritudinis reperta medendi facultatem reperiemus'.

Caussas uero ut inueniret, Posidonium maxime egisse, ex Galeni libro intellegimus facillime. Sed cf. Strab. II p. 103 *πολὺ γάρ ἐστι τὸ αἰτιολογικὸν παρ' αὐτῷ* (sc. *τῷ Ποσειδωνίῳ*) *καὶ τὸ Ἀριστοτελίζον, ὅπερ ἐκκλίνουσιν οἱ ἡμέτεροι διὰ τὴν ἐπίκρυψιν τῶν αἰτιῶν.* Cf. Gal. 396, 1 *ἀλλὰ οὐ Ποσειδώνιός γε, Χρύσιππε, τὰς αἰτίας τῶν τοιούτων ἀγνοεῖν φησιν, ἀλλὰ ἐπαινεῖ καὶ ἀποδέχεται τὰ ὑπὸ τῶν παλαιῶν εἰρημένα.* 396, 12 *ταῦτά τοι καὶ*

ἀπορεῖς (sc. *ὦ Χρύσιππε*), *κατὰ τὸ περὶ παθῶν βιβλίον τι καὶ γράψαι τοιοῦτον ἡμῖν, ᾧ προσέχοντες τὸν νοῦν κωλύσομέν τε τῶν παθῶν ἕκαστον γίνεσθαι καὶ γενόμενον ἰασόμεθα, καίτοι ταῦτα καὶ τοῦ Πλάτωνος θαυμαστῶς γράψαντος, ὡς καὶ ὁ Ποσειδώνιος ἐπισημαίνεται.* 436, 7 *μὴ τοίνυν θαυμάζωμεν ἔτι μηδὲ ὅτι τὰς θεραπείας τῶν παθῶν ὀρθῶς μὲν ὁ Πλάτων ἔγραψεν, ὡς καὶ ὁ Ποσειδώνιος αὐτῷ μαρτυρεῖ, μοχθηρῶς δὲ ὁ Χρύσιππος.* Similem Chrysippi uituperationem Cicero exhibet IX 9 'illa eorum (sc. Chrysippi et Stoicorum, i. e. *τῶν περὶ Χρύσιππον*) perexigua oratio est, qua medeantur animis nec eos turbulentos esse patiantur'.

Posidonius igitur ueterum rationem secutus erat, Chrysippus non erat. Cicero autem rursus ad illos relegat uelut III 40 'grauibus illis antiquis philosophis' petendam esse medicinam, IV 24 'Socraticam medicinam' adhibendam, III 43 'Socraticum libellum' misero dandum, 'uoces Platonis' ei audiendas dicit.

Atque primum quidem Posidonius, quae apud Cic. I 80 legimus, docuit[1]), magni referre, quali in corpore locati essent animi, multa enim in corpore existere, quae acuerent mentem, multa, quae optunderent, *ὡς τῶν παθητικῶν κινήσεων τῆς ψυχῆς ἑπομένων ἀεὶ τῇ διαθέσει τοῦ σώματος* (Gal. 442, 14). Huic autem doctrinae *συνάπτει . . εἰκότως . . . ὁ Ποσειδώνιος τὰ κατὰ τὴν φυσιογνωμονίαν φαινόμενα* (Gal. 442, 7). Fortasse non temere iudicabimus, si huius disputationis fragmentum exstare putabimus ap. Cic. IV 80, ubi de Socrate atque Zopyro agitur, 'qui se naturam cuiusque ex forma perspicere profitebatur', ubique de uitiis innatis atque de iis hominibus disseritur, qui 'natura dicuntur iracundi aut misericordes aut inuidi aut tale quid; ei sunt constituti quasi mala ualetudine animi, sanabiles tamen, ut Socrates dicitur'.

Barbarorum autem atque rudium hominum motus inrationales multo ualidiores esse Posidonius putabat quam eruditorum. Cf. Gal. 273, 7 *βαρβάρων μὲν γὰρ καὶ ἀπαιδεύτων ἀνθρώπων ἔθετο παράδειγμα τὴν Μήδειαν Εὐριπίδης, οἷς ὁ θυμὸς*

1) Cf. Corssen l. l. p. 31; adici potest eius expositioni Plat. legg. 747.

ἰσχυρότερος τοῦ λογισμοῦ· Ἑλλήνων δὲ καὶ πεπαιδευμένων, οἵονπερ αὖ πάλιν ὁ ποιητὴς ὑπέθετο τὸν Ὀδυσσέα, κρείττων ὁ λογισμὸς τοῦ θυμοῦ. Cf. p. 269, 5. Hanc uero animi constitutionem a corporis habitu pendere, Posidonius, ut supra diximus, docuerat. Quoniam autem corporum status differt singulorum hominum, Galenus p. 443, 14 dicit διόπερ, οἶμαι, καὶ ἡ τῶν παθῶν τῆς ψυχῆς ἴασις ἐπὶ ἐνίων μὲν εὔκολός τε καὶ ῥᾳδία, διὰ τὸ μήτε τὰς παθητικὰς κινήσεις αὐτοῖς ἰσχυρὰς ὑπάρχειν μήτε τὸ λογιστικὸν ἀσθενὲς φύσει καὶ ἀσύνετον, ἀλλὰ διὰ ἀμαθίαν καὶ μοχθηροὺς ἐθισμοὺς ἐμπαθῶς ἀναγκάζεσθαι ζῆν τοὺς τοιούτους ἀνθρώπους, ἐνίοις δὲ χαλεπὴ καὶ δύσκολος, ὅταν κινήσεις αἱ κατὰ πάθος αἱ διὰ τὴν τοῦ σώματος κατασκευὴν ἀναγκαίως γινόμεναι μεγάλαι δή πινες οὖσαι τύχωσι καὶ σφοδραὶ, τὸ δὲ[1]) λογιστικὸν ἀσθενὲς καὶ ἀσύνετον φύσει. Atque huc equidem referenda esse puto Ciceronis uerba IV 32 ‘inter acutos autem et inter hebetes interest, quod ingeniosi, ut aes Corinthium in aeruginem, sic illi in morbum et incidunt tardius et recreantur ocius, hebetes non item. Nec uero in omnem morbum ac perturbationem animus ingeniosi cadit: non enim in ulla efferata et inmania; quaedam autem humanitatis quoque habent primam speciem, ut misericordia, aegritudo, metus’.

Quonam igitur modo Posidonius perturbationes sanari posse docuit? Platonem secutus teste Gal. 397, 9 δείκνυσιν ὡς ὑπὸ θυμοῦ καὶ ἐπιθυμίας γίνεται τὰ πάθη καὶ διὰ τίνα τὴν αἰτίαν ἐν τῷ χρόνῳ καθίσταται, κἂν αἱ δόξαι τε καὶ αἱ κρίσεις ἔτι μένωσι τοῦ κακὸν ὑπάρχειν αὐτοῖς ἢ γεγονέναι. Quaerebatur igitur, cur motus τοῦ παθητικοῦ opinionibus, quibus illi citati essent, manentibus sisterentur, i. e. qua de caussa perturbationes non tamdiu manerent, quamdiu opiniones illae. Atque eam esse caussam Posidonius respondit, quod turbidi hi motus inrationalium atque animalium facultatum essent cum corpore coniunctarum; quare necesse esse tempore eos defetigari; quo facto animum iterum ratione eiusque firmis iudiciis regi. Cf. quae breviter ex Pos. refert Gal. 455, 6 τὸ τοίνυν παθητικὸν τῆς ψυχῆς ἐν τῷ χρόνῳ τοῦτο μὲν ἐμπίπλαται τῶν οἰκείων ἐπιθυμιῶν,

1) τό τε codd. edd., τό τε τό L, τὸ δὲ H. Usener emendauit.

τοῦτο δὲ κάμνει ταῖς πολυχρονίοις κινήσεσιν, ὥστε διὰ ἄμφω καθησυχήσαντος αὐτοῦ καὶ μέτρια κινουμένου κρατεῖν ὁ λογισμὸς ἤδη δύναται, ὥσπερ καὶ εἰ ἵππου κτλ. Cf. Gal. 399, 10. 401, 15 διὰ τοῦτο τοίνυν καὶ τὰ ἤθη φαίνεται πλεῖστον δυνάμενα καὶ ὅλος ὁ χρόνος εἰς τὰς παθητικὰς κινήσεις· ἐν μὲν γὰρ τοῖς ἤθεσιν οἰκειοῦται κατὰ βραχὺ τὸ τῆς ψυχῆς ἄλογον, οἷς ἂν ἐντρέφηται, κατὰ δὲ τὸν χρόνον, ὡς προείρηται, παῦλα γίνεται τῶν παθῶν ἐμπιπλαμένων τῶν ἀλόγων τῆς ψυχῆς δυνάμεων, ὧν ἐπεθύμουν ἔμπροσθεν. Eadem ratione Cicero III 67 de eorum loquitur patientia, qui, cum multa sint saepe perpessi, facilius ferant, quidquid acciderit, obduruisseque iam sese contra fortunam arbitrentur, idemque in libro secundo pluribus de consuetudinis ui disputat; cf. II 35 ‘consuetudo enim laborum perpessionem dolorum efficit faciliorem cet.’ § 38 ‘ferre laborem, contemnere uolnus consuetudo docet’. § 40 ‘consuetudinis magna uis est’. § 41 ‘tantum exercitatio, meditatio, consuetudo ualet’. Varia ibi adferuntur exempla.

Chrysippum eadem docuisse, non est uerisimile. Cur enim, si hanc sanandi rationem proposuisset, Galenus nihil eum de ea re boni tradidisse dixisset? Quid? Ne caussam quidem, cur perturbationes desinerent, Chrysippus intellexerat. Cf. Gal. 395, 11 ὅτι μὲν οὖν ἐν τῷ χρόνῳ παύεται τὰ πάθη καίτοι τῆς δόξης διαμενούσης αὐτὸς ὁ Χρύσιππος ὁμολογεῖ· διὰ τίνα μέντοι τὴν αἰτίαν τοῦτο γίνεται, δυσλύγιστον εἶναί φησιν (ap. Gal. 395, 3). 400, 2 οὔκουν ἀσυλλόγιστον τῆς παύλης εἰσὶν αἱ αἰτίαι, καθάπερ ὁ Χρύσιππος ἔλεγεν, ἀλλὰ καὶ πάνυ σαφεῖς τῷ γε μὴ βουλομένῳ φιλονεικεῖν τοῖς παλαιοῖς. 454, 15 οὗτος (sc. ὁ Ποσειδώνιος) διὰ τί τὰ χρονίζοντα τῶν παθῶν ἡσυχέστερά τε καὶ ἀσθενέστερα γίνεται, τὴν αἰτίαν ἀποδίδωσιν, ὑπὲρ ἧς ὁ Χρύσιππος ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ παθῶν ἀπορεῖν ὡμολόγησεν. Cf. 401, 9.

Num Cicero quoque illam se nescire caussam dicit uel abstrusis quibusdam de caussis perturbationum remissionem fieri putat? Immo, ut Posidonius, defetigatione miseriarum aegritudines leniores fieri dicit (III 67) et cogitatione diuturna (III 74). Ex eodem igitur fonte haec hausta esse

Cic. III 53 'quod ita esse, dies declarat, quae procedens ita mitigat, ut isdem malis manentibus non modo leniatur aegritudo, sed in plerisque tollatur'.

Gal. p. 394, 9 *ὅτι δὲ ἐν τῷ χρόνῳ μαλάττεται τὰ πάθη κἂν αἱ δόξαι μένωσι τοῦ κακόν τι αὐτοῖς γεγονέναι.*

nemo negabit. Consentaneum autem est, Posidonium idem intellexisse, quod ap. Cic. III 58 legimus, eos, quibus dies mederetur, natura sanari ipsa; cf. Gal. 399, 14 *ὡς γὰρ* (sc. *φύσει*) *ἐφίεται τὸ παθητικὸν τῆς ψυχῆς οἰκείων τινῶν ὀρεκτῶν, οὕτω καὶ τυγχανόντων αὐτῶν* (sc. *φύσει*) *ἐμπίπλαται κἀν τούτῳ τὴν ἑαυτοῦ κίνησιν καθίστησιν, ἥτις ἐκράτει τῆς ὁρμῆς τοῦ ζῴου καὶ καθ' ἑαυτὴν ἦγεν ἐφ' ὅτι παρήγετο.*

Neque hoc quidem in hac expositione neglegendum esse puto, quod Posidonius laudatur a Galeno, quia demonstrationibus usus sit philosopho dignis, Chrysippus autem omnino eas neglexerit. Quod si similes eiusmodi argumentationes apud Ciceronem inuenimus, concludi potest, a Posidonio eas esse profectas. Ex. gr. hos adicio locos:

Posid. ap. Gal. 372, 3 *δυοῖν τὴν αὐτὴν ἀσθένειαν ἐχόντων καὶ τὴν ὁμοίαν λαμβανόντων φαντασίαν ἀγαθοῦ ἢ κακοῦ, ὁ μὲν ἐν πάθει γίνεται, ὁ δὲ οὔ, καὶ ὁ μὲν ἧττον, ὁ δὲ μᾶλλον. οἱ γοῦν ἀήθεις μᾶλλον πάσχουσιν ἐν φόβοις, ἐν λύπαις, ἐν ἐπιθυμίαις, ἐν ἡδοναῖς*[1]*, καὶ οἱ κακώτεροι συναρπάζονται ταχέως ὑπὸ τῶν παθῶν.*

Cic. III 74 'nimirum hoc maxumum est experimentum, cum constet, aegritudinem uetustate tolli, hanc uim non esse in die positam, sed in cogitatione diuturna. Nam si eadem res est et idem est homo, qui potest quicquam de dolore mutari, si neque de eo, propter quod dolet, quicquam est mutatum neque de eo, qui dolet? Cogitatio igitur diuturna, nihil esse in re mali, dolori medetur, non ipsa diuturnitas'.

1) quattuor hae perturbationes, quae iam ap. Platonem leguntur coniunctae (cf. Phaed. 83 B *ἡ τοῦ ὡς ἀληθῶς φιλοσόφου ψυχὴ οὕτως ἀπέχεται τῶν ἡδονῶν τε καὶ ἐπιθυμιῶν καὶ λυπῶν καὶ φόβων καθ' ὅσον δύνατόν*), ap. Cic. Tusc. III 24, IV 11, de fin. III 53 inueniuntur. In

De hac cogitatione autem, qua illi, 'qui ante meditantur', sanantur (cf. Cic. III 58), postea dicemus.

Egregie igitur Posidonius explicauerat caussam, cur recenti mali opinione aegritudo efficeretur, inueterata autem omnino non efficeretur aut non iam eodem modo, Chrysippus uero, neglectis inrationalibus facultatibus caussam illam non perspexerat, attamen 'recentem opinionem' in aegritudinis definitionem adsumpserat. Itaque Posidonius, non ut definitionem illam, sed ut Chrysippi de animi facultatibus doctrinam impugnaret — eo enim consilio totam eam litigationem Galenus in librum suum recepit — quaestionem de inrationalis partis natura sic instituisse uidetur, ut Chrysippum illam nouisse caussam negaret; cf. Gal. p. 391, 12 *ἀξιοῖ δὲ* (*Ποσειδώνιος*) *τὴν αἰτίαν αὐτῷ*[1]*) ῥηθῆναι, διὰ ἣν ἡ τοῦ κακοῦ δόξα πρόσφατος μὲν οὖσα συστέλλει τε τὴν ψυχὴν καὶ λύπην ἐργάζεται, χρονισθεῖσα δὲ ἢ οὐδὲ ὅλως ἢ οὐκ ἐφ' ὁμοίως συστέλλει.* Nam si quidem Chrysippi de perturbationibus ratio recta esset, Posidonius necesse esse censebat, tamdiu aegritudinem manere quamdiu iudicium illud vel opinionem rationalem, sed non recenti tantum opinione illam fieri; cf. Gal. 392, 1 *οὐδὲ τὸ πρόσφατον ἐχρῆν ἐγκεῖσθαι κατὰ τὸν ὅρον, εἴπερ ἀληθῆ τὰ Χρυσίππου.* Cf. 402, 6 *αἱ δὲ λογικαὶ γνώσεις τε καὶ κρίσεις καὶ ὅλως ἐπιστῆμαι πᾶσαι καὶ τέχναι διὰ τὸν χρόνον αὐτὸν μόνον ψιλὸν οὔτ' εὐδιάλυτοι*[2]*) φαίνονται γίνεσθαι, καθάπερ οἱ κατὰ πάθος ἐθισμοί, οὔτε μετατίθεσθαί τε καὶ παύεσθαι, καθάπερ ἡ λύπη καὶ τἆλλα*[3]*) πάθη.* Quare Galenus Posidonium sic conclusisse dicit contra Chrysippum p. 392, 2 *κατὰ . . . τὴν γνώμην αὐτοῦ* (sc. *τοῦ Χρυσίππου*) *μᾶλλόν τινα*[4])

partiendis iis principio utitur opinione malorum et bonorum praesentium atque futurorum; quod principium, cum ap. Chrys. 336, 12. 337, 1 non clare appareat, post eum inuentum esse uidetur. Cf. quae ex Ario exscripsit Stob. ecl. eth. II 166 ed. Heeren (p. 88, 14 ed. Wachsm.), Andronic. Rhod. *περὶ παθῶν* p. 739 ed. Hoeschelius (1617).

1) *αὐτῶν* codd. edd., *ὑπ' αὐτῶν* Iw. Mueller, *αὐτῷ* nos.; Posidonius enim scripsisse uidetur *ἀλλὰ λέγε μοι τὴν αἰτίαν, ὦ Χρύσιππε.*

2) *οὔτε δύσλυτοι* codd. edd., *οὔτ' εὐδιάλυτοι* coniecit H. Usener.

3) *ἄλλα* codd. edd., *τἆλλα* nos.

4) *τὴν* M, *τοῦ* A B C h K, articulum deleuit I. Muellerus, *τινὰ* correxit H. Usener.

μεγάλου κακοῦ ἢ ἀνυπομονήτου ἢ ἀκαρτερήτου, καθάπερ αὐτὸς εἴωθεν ὀνομάζειν, τὴν λύπην εἰρῆσθαι δόξαν, οὐ πρόσφατον. Ex hac Posidonii disceptatione Cicero haurire poterat haec III 75 'Additur ad hanc definitionem a Zenone recte, ut illa opinio praesentis mali sit recens. Hoc autem uerbum sic interpretantur (sc. Zeno, Cleanthes, Posidonius), ut non tantum illud recens esse uelint, quod paulo ante acciderit[1]), sed quamdiu in illo opinato malo uis quaedam insit, ut uigeat et habeat quandam uiriditatem, tamdiu appelletur recens'[2]). III 25 'metus opinio magni mali impendentis . . . et quidem recens opinio talis mali'; cf. § 61, ubi Chrysippus suadere dicitur, ut illa mali opinio euellatur, 'est enim (sc. e Chrysippi sententia) nulla alia nisi opinio et iudicium magni praesentis atque urgentis mali'.

Cur vero, iam quaerat quispiam, homines usum atque naturam expectent, cum iis liceat, malis antea adsuescere? 'Mihi quidem, inquit Cicero, uidetur idem fere accidere iis, qui ante meditantur, quod iis, quibus medetur dies' (III 58). Haec autem caussa erat, cur Posidonius praemeditationem commendauerat; de hac re cf. Gal. 392, 16 sqq.

Quod enim Lud. Casp. Valckenarius, vir doctissimus, in Diatr. in Eurip. perd. dram. rell. p. 28 B atque Bake l. l. p. 204 Chrysippi hanc fuisse doctrinam censuerunt, egregie, ni fallor, errauerunt. Nam si illi recte iudicassent, compluribus implicaremur difficultatibus: primum enim, id quod Bake et Iw. Mueller putant, p. 392, 13 lacuna statuenda esset, quoniam subiectum, quod dicimus, antea Posidonius, hoc loco Chrysippus esset; deinde p. 393, 3 loco *Ποσειδωνίῳ*, quod nomen codd. praebent, Bakio auctore, rescribendum esset *Χρυ-*

1) sic enim Chrysippus hoc uerbum enarrasse uidetur; cf. Gal. 391, 11 *εἶναι μὲν δὴ τὸ πρόσφατόν φησι τὸ ὑπόγυον κατὰ τὸν χρόνον.* Ceterum haec uerba Posidonio tribuere malim, quam Galeno, id quod Iw. Mueller fecit.

2) Cf. (Arius) Stob. ecl. eth. II p. 168 ed. Heeren (p. 88, 22 ed. Wachsm.). *Ἐπὶ πάντων δὲ τῶν τῆς ψυχῆς παθῶν, ἐπεὶ δόξας αὐτὰ λέγουσιν εἶναι, παραλαμβάνεσθαι τὴν δόξαν ἀντὶ τῆς ἀσθενοῦς ὑπολήψεως, τὸ δὲ πρόσφατον ἀντὶ τοῦ κινητικοῦ συστολῆς ἀλόγου ⟨ἢ⟩ ἐπάρσεως.*

σίππῳ [1]), denique p. 398, 10 recte Muellerus uerborum ordine mutato *ὁ Χρύσιππος καὶ* scriberet, quamquam codd. traditur *καὶ ὁ Χρύσιππος.* Omnia autem recte se habent, si Posidonio totam hanc expositionem, ut libri testantur, seruamus atque eidem Ciceronem similem de praemeditatione locum III 29 sq. et IV 37 sq. debere dicimus. Optime praeterea omnia illa in Posidonii doctrinam quadrant, neque Posidonium arbitror caussam, cur recens tantum opinio perturbationem efficeret, quaesiturum fuisse e Chrysippo (cf. Gal. 391, 12), si is tam egregie eam exposuisset; quamquam Bake dicit, 'respondet Chrysippus Posidonii *ἐρωτήσει*', quasi Galenus, ut Chrysippi sententiam exponat, Posidonium faciat interrogantem atque Chrysippum ad haec respondentem. Sed conferas uelim

Gal. 392, 15 *ἀσκηθὲν δὲ καὶ συνεθισθὲν καὶ χρονίσαν ἢ οὐδὲ ὅλως ἐξίστησιν, ὡς κατὰ πάθος κινεῖν ἢ ἐπὶ μικρὸν κομιδῇ.*

Posid. ap. Gal. 372, 14 *τὸ μὲν ἄρα κακὸν ὑπὸ τοῦ ἀσυνήθους ταχὺ συναρπάζεται, τὸ δὲ ἐναντίως ἠγμένον χρόνῳ μετασυνεθιζόμενον· ἐν οἷς αἱ μὲν ὑπολήψεις ἴσαι πολλάκις καὶ τὰ τῆς ἀσθενείας, τὰ πάθη δὲ οὔτε ἐπὶ ἴσης οὔτε ἴσα γίνεται.*

Vide porro, quam bene huius expositionis uerba p. 393, 5 *ἐθισμόν τινα κατὰ βραχὺ ποιεῖσθαι* cum Posidoniana illa sententia congruant Gal. 402, 2 *ἐν μὲν γὰρ τοῖς ἔθεσιν οἰκειοῦται κατὰ βραχὺ τὸ τῆς ψυχῆς ἄλογον οἷς ἂν ἐντρέφηται.* Quid enim aliud est praemeditatio quam prudens consuetudo, ratione, antequam mala accidant, non usu facta? Nonne *προενδημεῖν . . . τοῖς πράγμασι μήπω τε παροῦσιν οἷον παροῖσι χρῆσθαι* (Gal. p. 393, 1) idem ualet quam quod Posidonius iussisse dicitur a Clem. Alex. Strom. II 21 p. 179, 15 Sylb., 497 Pott., *ζῆν θεωροῦντα τὴν τῶν ὅλων ἀλήθειαν καὶ τάξιν καὶ συγκατασκευάζοντα αὐτὸν*[2]) *κατὰ τὸ δυνατόν, κατὰ μηδὲν ἀγόμενον*

1) Temere Bakium pro Posidonio Chrysippi nomen posuisse, iam Corssen uidit l. l. sent. contr. 8.

2) Rud. Hirzel iterum ad codicis manuscripti lectionem redeundum esse putat; cf. eius 'Untersuchungen z. Cic.'s phil. Schr.' II p. 244 not. 1, ubi dicit '*αὐτὸν* lesen Andere. Aber dies scheint

ὑπὸ τοῦ ἀλόγου μέρους τῆς ψυχῆς? 'Et nimirum haec est illa praestans et diuina sapientia, et perceptas penitus et pertractatas res humanas habere, nihil admirari, cum acciderit, nihil, antequam euenerit, non evenire posse arbitrari' (Cic. III 30)[1]).

Ne hoc quidem contra Posidonium pugnat, quod legimus Gal. 392, 13 *καί φησι, διότι πᾶν τὸ ἀμέτρητον καὶ ξένον ἀθρόως προσπῖπτον ἐκπλήττει τε καὶ τῶν παλαιῶν ἐξίστησι κρίσεων.* Etenim quamquam Chrysippus similia scripserat teste Gal. p. 390, 12 *μεστὸν γάρ ἐστιν αὐτῷ* (sc. *Χρυσίππῳ*) *τὸ γράμμα τό τε τῶν κρίσεων ἐξίστασθαι λέγοντι καὶ τῶν προδιαλελογισμένων διὰ τὸν θυμὸν ἢ τὴν ἐπιθυμίαν ἢ τὴν ἡδονὴν ἤ τι τοιοῦτον κτλ.*, tamen commemorandum est, Galenum p. 390, 9 illa dicere *μαχόμενα μὲν οἷς αὐτὸς ὑπέθετο δόγμασιν, ὁμολογοῦντα δὲ τοῖς τε φαινομένοις ἐναργῶς καὶ τῇ Πλάτωνος δόξῃ.* Cf. p. 388, 15 sq. Quid igitur est, quod impediat, quominus a Posidonio similia dicta esse credamus?

Quod uero auctor huius loci Anaxagorae illud dictum et versus Euripidios attulit (*παρείληφεν* Gal. 393, 6), hoc non abhorret a Posidonii more; cf. Gal. 372, 12 *ὁ Ποσειδώνιος ῥήσεις τε ποιητικὰς παρατίθεται καὶ ἱστορίας παλαιῶν πράξεων μαρτυρούσας οἷς λέγει.* Accedit, quod Panaetium, qui primus Stoicorum ad Platonis decreta reuerterat, de eadem re illo Anaxagorae dicto usum esse dicit Plut. de coh. ir. XVI *ἐξιστικὸν γάρ ἐστι τὸ ἄφνω καὶ τὸ ἀπροσδόκητον· δεῖ δέ, ὥς που Παναίτιος ἔφη, χρῆσθαι τῷ Ἀναξαγόρᾳ καὶ καθάπερ ἐκεῖνος ἐπὶ τῇ τελευτῇ τοῦ παιδὸς εἶπεν· ἤδειν, ὅτι θνητὸν ἐγέννησα.*

Sed iam satis existimo demonstratum esse, hunc locum Galeni nullo modo a Posidonio abiudicari posse. Quamquam

---

mir unmöglich, da ich nicht weiss, wie der Mensch helfen kann sich selbst einzurichten und von der Einrichtung des Menschen, wie das *συγ.* voraussetzt, vorher noch gar nicht die Rede war'. Unde uero scit uir doctissimus, Posidonium non antea dixisse, quomodo *συγκατασκευάζειν αὐτὸν* homo possit? Hoc autem ipsum quomodo Posidonius faciendum esse putauerit, quilibet e Galeni uerbis, de quibus supra agimus, discere potest.

2) Cf. Sen. ep. 92, 3 ubi ex sententia Posidonii (cf. Corss. l. l. p. 27) ad summum perueniri dicitur bonum 'si ueritas tota perspecta est, si seruatus est in rebus agendis ordo etc.'.

Chrysippus non ignorabat, praemeditatione opus esse, si quis tranquille uiuere uellet; nec tamen caussam eius rei, id quod Posidonius maxime in eo reprehendit, inuenerat. Idem autem Tullius intellegere uidetur III 52 'etiam Chrysippo ita uideri scio, quod prouisum ante non sit, id ferire uehementius, sed non sunt in hoc omnia'. Quae enim e Posidonio sumpserat Cicero, tamquam ex se ipso hausta de praemeditatione protulit atque 'diligenter necopinatorum naturam' considerari iubet; omnia enim uideri subita maiora.

Nunc uero ad eam medendi rationem ueniamus, quam Chrysippus potissimum probabat; is enim 'caput esse censet in consolando detrahere illam opinionem maerenti' (Cic. III 76); 'erit igitur in consolationibus prima medicina docere aut nullum malum esse aut admodum paruom' (Cic. III 77). Cur tandem Posidonium Chrysippo hoc concessisse non putemus? An quod Chrysippus hanc opinionem ratione, Posidonius inrationalium facultatum actione oriri docuit? Quid erat, cur non doceret, mortem non esse timendam, sed contemnendam? An ignorasse eum arbitremur, si quis mortem malum esse opinaretur, eam opinionem interdum potentiorem esse ratione, ut mors metueretur? Immo ipse de summo bono scripsit, ut doceret homines, quid esset uiuere secundum naturam. Itaque Posidonium tradidisse puto, quod apud Galenum legimus p. 592, 4 *καλῶς γὰρ ἅπαντα γινωσκόντων τε καὶ πραττόντων ἡμῶν ἂν ὁ βίος διοικοῖτο κατὰ ἐπιστήμην, κακῶς δὲ καὶ ψευδῶς γινωσκόντων τε καὶ πραττόντων κατὰ ἄγνοιαν, ὡς αὐτὸς ὁ Χρύσιππος βούλεται.* 593, 3 *εἰ τὸ μὲν ἡδὺ νομίσας τις ἀγαθόν, τὸ δὲ ἀνιαρὸν κακὸν ἀκολουθῶν τῇ δόξῃ τῇδε τοῦ μὲν τὴν αἵρεσιν ποιοῖτο, τοῦ δὲ τὴν φυγήν, ἀμαθής ἐστιν οὐσίας ἀγαθοῦ καὶ διὰ ταῦτα ἀκόλαστος. ἐν ἁπάσαις γὰρ πράξεσιν αἱρουμένων ἡμῶν τὸ φαινόμενον ἀγαθόν, φευγόντων δὲ τὸ φαινόμενον κακόν, ἐχόντων δὲ φύσει τὰς ὁρμὰς ταύτας ἐφ' ἑκάτερον ἡ φιλοσοφία διδάσκουσα τὸ κατὰ ἀλήθειαν ἀγαθόν τε καὶ κακὸν ἀναμαρτήτους ἐργάζεται.* Quare etiam Cicero III 82. 84 philosophiam nobis remedio fore scripsisse mihi videtur. Quae quoniam, 'cum uniuersam aegritudinem sustulit, sustulit etiam, si quis error alicunde extitit etc.', non necesse est 'singulas scholas' audiri neque 'singulos libros' a Graecis scriptos — 'opus enim quaerunt' — legi. Miro modo

Galenus conspirat, cum p. 381, 10 scribit, *οὐ χρὴ τῶν μυρίων τούτων* (sc. *τῶν αἰτιῶν τῶν ἐξελεγχουσῶν τὴν ἀσθένειαν τῆς ψυχῆς*) *μνημονεύειν, ἀλλὰ εἰς ὀλίγα κεφάλαια τὸν λόγον ἄγειν, ὡς ὁ Πλάτων ἐποίησε βασιλικὸν μέν τι λέγων εἶναι καὶ δεσποτικὸν ἐπιστήμην καὶ μήποτε ἂν ἁμαρτεῖν μηδένα κατὰ μηδὲν ἐπιστήμης παροίσης, τοὺς μέντοι μεταπεισθέντας ἢ ἐπιλαθομένους ἢ βιασθέντας ἢ δελεασθέντας ἐξαμαρτάνειν.* Me uero iudice Posidonius haec in Chrysippo uituperaverat.

Sed perturbati homines non facile docentur: id, opinor, expertus ‘uetat Chrysippus ad recentis quasi tumores animi remedium adhibere’ (Cic. IV 63); idcirco, Posidonium fortasse secutus, Tullius dicit III 79 ‘Chrysippi (sc. consolatio) ad ueritatem firmissima est, ad tempus aegritudinis difficilis’. Praeterea, quoniam motus inrationales cum corpore coniuncti esse dicuntur, non statim desinent, cum opinionem, qua illi excitati erant, remoueris; ‘nihil enim esse malum, quod turpe non sit, si lugenti persuaseris, non tu illi luctum, sed stultitiam detraxeris’ (Cic. III 77); cf. Gal. 444, 8 *χρὴ γὰρ καὶ τοῦτο μὲν ἐπιστήμην λαβεῖν τῶν ἀληθῶν καὶ τὰς κατὰ πάθος δὲ κινήσεις ἀμβλυνθῆναι κτλ.* In hac autem Ciceronis sententia sine dubio Posidonii doctrina inest IV 62 ‘primum in ipsa cupiditate, cum id solum agitur, ut ea tollatur, non est quaerendum, bonum illud necne sit, quod libidinem moueat, sed libido ipsa tollenda est’.

Cum autem ui quadam *τὸ παθητικόν* rationi repugnet, ad sua bona ducens, a suis malis abducens, ui quoque impugnanda est. Qua uero in re tanta uis inest? Cicero nobis respondeat (III 36) ‘magna uis est in uirtutibus: eas excita, si forte dormiunt’. Haec autem doctrina Posidonii magis quam Chrysippi redolet philosophiam. Conferas enim, utra utrique ratione probandum fuerit, sapientem in perturbationes non incidere: Chrysippo dicendum erat, rationem sapientis acutiorem esse, quam ut iudicia illa in ea fierent; Posidonius uero hoc modo concludere poterat, quo Gal. p. 273, 11 *πολλάκις μὲν οὖν ὁ λογισμὸς εἰς τοσοῦτο τοῦ θυμοειδοῦς μέρους τῆς ψυχῆς κρείττων ἐστίν, ὡς μηδέποτε μάχην αὐτοῖς γίνεσθαι πρὸς ἀλλήλους, ἀλλὰ τὸν μὲν ἄρχειν, τὸν δὲ ἄρχεσθαι καὶ τοῦτο μὲν τοῖς εἰς τέλος ἥκουσι φιλοσόφοις ὑπάρχει.* Hoc autem *κρεῖττον* positum esse

sine dubio existimabat in uirtutibus. Quare a Posidonio potius quam a Chrysippo conclusiones profectas esse arbitror a sapientis fortitudine petitas, quas legimus ap. Cic. III 14 sq.

Accedit, quod Posidonius, in hac quoque re Platonem secutus (cf. Gal. 397, 5), a reliquis Stoicis discedens quattuor esse uirtutes tradebat, Chrysippus plures; cf. Laert. Diog. VII 92. *Παναίτιος μὲν οὖν δύο φησὶν ἀρετάς, θεωρητικὴν καὶ πρακτικήν· ἄλλοι δὲ λογικὴν καὶ φυσικὴν καὶ ἠθικήν· τέτταρας δὲ οἱ περὶ Ποσειδώνιον, καὶ πλείονας οἱ περὶ Κλεάνθην καὶ Χρύσιππον καὶ Ἀντίπατρον.* Quattuor autem has uirtutes Platonicas, *ἀνδρείαν, σωφροσύνην, δικαιοσύνην, σοφίαν* Cicero quoque commendat ad domandas perturbationes, III 17. 36 sq. fortitudinem, temperantiam, iustitiam, prudentiam, iisque contrarias appellat III 17. 42 ignauiam, iniustitiam, stultitiam (imprudentiam), nequitiam (intemperantiam); cf. III 16.

Atque de temperantia Cicero dicit III 17 ‘eius ... uidetur esse proprium motus animi adpetentis regere et sedare semperque aduersantem libidini moderatam in omni re seruare constantiam’. § 36 ‘temperantia ... quae te turpiter et nequiter facere nihil patietur’. IV 22 ‘temperantia sedat adpetitiones et efficit, ut eae rectae rationi pareant, conseruatque considerata iudicia mentis’. Haec uero temperantia utrum *ἐπιστήμη* tibi dici uidetur, quales Chrysippus uirtutes, cum in ratione omnes esse positas traderet, docebat esse (cf. Gal. 447, 4 *Χρύσιππος δὲ μεγάλα σφάλλεται ... ὅτι πολλὰς ἐπιστήμας τε καὶ ἀρετὰς εἶναι φήσας μίαν ἔφησεν εἶναι δύναμιν τῆς ψυχῆς* sc. *τὴν λογικήν*) an *δύναμις*? Haec enim doctrina fuit Posidonii; cf. Gal. 447, 3 *ἐκείνων μὲν* (sc. *δυνάμεων, τῆς ἐπιθυμητικῆς καὶ τῆς θυμοειδοῦς*) *αἱ ἀρεταὶ δυνάμεις εἰσίν, ἐπιστήμη δὲ μόνου τοῦ λογιστικοῦ.*

Idemque dicit p. 347, 7 *ὅταν δὲ ὑπὸ τοῦ λογισμοῦ μόνου πρὸς τὴν τῶν ἡδέων ἄγηται χρῆσιν, ὁ τοιοῦτος σώφρων καλεῖται, σκοπὸν τῆς αἱρέσεως αὐτῶν οὐ τὴν ἀπόλαυσιν, ἀλλὰ τὴν ὠφέλειαν πεποιημένος.* 597, 11 (*τῆς ἐπιθυμητικῆς*) *ἡ τῶν ἡδέων ἐστὶν ἀπόλαυσις, ἐν ᾗ σφοδρότερον κινουμένη τοῦ δέοντος τήν τε ἀκρασίαν ἐργάζεται καὶ τὴν ἀκολασίαν.* Cf. Cic. IV 12 ‘uoluntas est, quae quid cum ratione desiderat. Quae autem a ratione auersa incitata est uehementius, ea libido est

uel cupiditas effrenata' ... 'Itemque cum ita mouemur, ut in bono simus aliquo, dupliciter id contingit'. Cf. IV 71 de amore: 'si quis est in rerum natura sine sollicitudine, sine desiderio, sine cura, sine suspirio, sit sane: uacat enim omni libidine'.

Irascibilis porro facultatis est Gal. auctore p. 597, 2 *καὶ τὸ μόνιμον ἐν οἷς ἂν ὁ λογισμὸς κελεύσῃ καὶ τὸ ἀήττητον.* Cf. Cic. III 36 'fortitudo, quae te animo tanto esse coget, ut omnia, quae possint homini euenire, contemnas' § 15 'qui fortis sit, eundem esse magni animi; qui magni animi sit, inuictum; qui inuictus sit etc.'.

Laudat sane Cicero IV 53 Sphaeri et Chrysippi definitiones fortitudinis. Fortasse autem easdem Posidonius tradiderat; nam ne hic quidem, nisi 'scientiam rerum perferendarum' adsumeret, fortitudinem definire poterat; deinde autem 'adfectio animi in patiendo ac perferendo summae legi parens sine timore' *τῆς θυμοειδοῦς* facultatis erat. Quae uero secuntur ap. Cic. 'quamuis licet insectemur istos (sc. Stoicos), ut Carneades solebat, metuo ne soli philosophi sint', maxime equidem miror. Ubinam Cicero insectatus est Stoicos, in his praesertim libris? Ergo Posidonii uerba illa esse dicemus, qui, quamuis multis de rebus cum Stoicis discrepans Academicos et Peripateticos sequeretur, Stoicum se esse philosophum profitebatur [1]). Recte autem secundum Posidonii doctrinam Cic. IV 48 sq. contra Peripateticos disputat, fortitudinem sine ira esse, si cum ratione esset.

Quod si irascibilis animi facultas uehementius incitatur ratione auersa, tum demum oritur ira, cuius perturbationis definitio ea, qua Posidonius utebatur, seruata est a

Lact. de ira c. 17 'alii, ut ait Posidonius, cupiditas puniendi eius, a quo te inique laesum putas' [2]).

Cf. Cic. IV 21 'ut ira sit libido puniendi eius, qui uideatur laesisse iniuria'.

1) Cf. Gal. 410, 14 de Posidonio, *ἀλλὰ γὰρ εὐλαβηθῆναί μοι δοκεῖ διαφερόμενος ἐν ἅπασι φωραθῆναι Χρυσίππῳ.*

2) Cf. Plat. Rep. 440 C ap. Gal. p. 480 *ὅταν ἀδικεῖσθαί τις ἡγεῖται*, cf. Stob. ecl. eth. II 176 ed. Heeren (91, 10 ed. Wachsm.) *ὀργὴ μὲν οὖν ἐστιν ἐπιθυμία τιμωρήσασθαι τὸν δοκοῦντα ἠδικηκέναι παρὰ τὸ προσῆκον.*

Conferendi autem sunt etiam hi loci:

Gal. 597, 3 *κατὰ πάθος δὲ ἡ οἷον ζέσις τῆς ἐμφύτου θερμασίας ποθοίσης τιμωρήσασθαι τῆς ψυχῆς τηνικαῦτα τὸν ἀδικεῖν δόξαντα καὶ καλεῖται τὸ τοιοῦτον θυμός.*

Cic. III 19 'inflatus et tumens animus in uitio est...; at iratus animus eiusmodi est: nunquam igitur sapiens irascitur. Nam si irascitur, etiam concupiscit. Proprium est enim irati cupere, a quo laesus uideatur, ei quam maximum dolorem inurere'.

A Platone autem quin tota haec doctrina profecta sit, quis est, qui dubitet? sed tamen cf. Plat. Tim. 70 C ap. Gal. p. 257, 14 *τῇ δὲ δὴ πηδήσει τῆς καρδίας ἐν τῇ τῶν δεινῶν προσδοκίᾳ καὶ τῇ τοῦ θυμοῦ ἐγέρσει προγιγνώσκοντες, ὅτι διὰ πυρὸς ἡ τοιαύτη πᾶσα ἔμελλεν οἴδησις γίγνεσθαι τοῦ θυμουμένου κτἔ.*

Sed ut ad remedia, quae Posidonius commendasse uidetur, reuertar, Gal. p. 452, 11 docet, quibus quisque modis musicis studiisque e Platonis doctrina exerceri debeat, hac potissimum de caussa, p. 453, 7 *οὐ γὰρ δήπου τὰς δόξας τοῦ λογιστικοῦ μεταδιδάσκονται πρὸς τῶν αὐλημάτων, ἀλλὰ τὸ παθητικὸν τῆς ψυχῆς ἄλογον ὑπάρχον ἐπεγείρονταί τε καὶ πραΰνονται διὰ κινήσεων ἀλόγων.* Sed etiam Cicero Pythagoreos dicit 'mentes suas a cogitationum intentione ad tranquillitatem traducere' solitos fuisse (IV 3), atque quamquam Catonem auctorem huius rei profitetur, tamen et hoc et quae V 8 sq. de Pythagoreis scripsit, haud scio an non exposuisset, nisi similia apud Posidonium inuenisset. Eodem autem referendum esse puto quod legimus ap. Cic. II 37 'Spartiatarum, quorum procedit iter ad modum ac tibiam, nec adhibetur ulla sine anapaestis pedibus adhortatio'.

Sed iam satis me demonstrasse censeo, fieri potuisse, ut, quae Cicero de perturbationibus tradidit, ea omnia e Posidonii libro hauriret. Fortasse mihi continget, ut alias alia inueniam testimonia e Senecae, Plutarchi, Marci Aurelii, aliorum scriptis. Interim uero, quoniam nonnulla indicia nobis exstant certa, probabilia sequi nobis liceat, donec ad eandem reuerti poterimus quaestionem.

Vita.

Petrus Hubertus Poppelreuter natus sum die II mensis Septembris a. h. s. LVIII patre Antonio, matre Catharina e gente Hallerbach in paruo prouinciae Rhenanae uico, cui nomen est Laach quique situs est prope Altenahr. Fidem profiteor catholicam.

Literarum elementis imbutus in schola parochiali Maischossensi, artibus liberalibus instructus sum ab optimis praeceptoribus, quorum memoriam semper pio colam animo, in gymnasio Frider.-Guil. Coloniensi, quod Iaegero directore adhuc floret. Vere anni MDCCCLXXVIII Almam Vniuersitatem Bonnensem adii, cuius ad hunc usque diem disciplina fruor. Docuerunt me uiri clarissumi Aymeric, Iac. Bernays, Buecheler, Held, R. Kekulé, Leo, Luebbert, Maurenbrecher, C. Menzel, Meyer, Neuhaeuser, de Richthofen, Ritter, Schaaffhausen, Schaarschmidt, Schaefer, Usener, Wilmanns. Ut in seminarium philologicum reciperer eiusque per unum annum sodalis ordinarius essem, Buecheleri, Luebberti, Useneri beneficio est factum. Seminario historico quod per sex semenstria interfui, Schaeferi magnae erga me beneuolentiae debeo. Exercitationibus suis me admiserunt philologicis Buecheler, Usener, Leo, historicis C. Menzel, geographicis de Richthofen, philosophicis Neuhaeuser, qui semper studiis meis fauit atque in omnibus uitae condicionibus consilio et opera me adiuit, ut quantum ei debeam, dicere uix possim.

His uiris omnibus summas ago gratias agamque dum uiuam.

Sententiae controuersae.

I. Liu. VII 30, 11 scrib. ‘omnibus quidem, Romani, uestram misericordiam uestrumque auxilium aequom est patere, his tamen maxime, qui i a m (codd. e a m) implorantibus aliis auxilium dum supra uires suas praestant, omnes ipsi in hanc necessitatem uenerunt’.

II. Liv. VII 40, 4 scrib. ‘deos ... ita adoraui ueniamque supplex poposci, ut mihi de uobis concordiae partae gloriam, non uictoriae (codd. uictoriam) darent’.

III. Liu. VIII 2, 10 scrib. ‘petiere, ut satis ducerent Romani, uictoriam q u o d (codd. q u a m) Samnitibus ex Campano Sidicinoque hoste eripuissent’.

IV. Liu. VIII 2, 5 scrib. ‘Samnites copiis iisdem, quibus u t i (codd. u s i) aduersus Romanum bellum m e t u e r a n t (codd. f u e r a n t) contra Sidicinos profecti haud in dubia spe erant mature urbis hostium potiundae’. Cf. Maduigii emend. Liu. p. 184[2].

V. Liu. XXX 11, 9 scrib. ‘primo barbari segnius permittere equos, dein stare m a g n o p e r e (codd. a c p r o p e r e, A. Luchs a c p a u e r e, Weissenb. a c t o r p e r e) turbati nouo genere pugnae’.

VI. Plut. Galb. IV 1 scrib. ‘*Ἰούλιος* (codd. edd. ’*Ιούνιος*) *Οὐίνδιξ*’.

VII. Rud. Lange ‘de Tac. Plut. auct.’ (Hal. 1880) Tacitum fuisse Plutarchi uitarum Galbae et Othonis auctorem non recte statuit.

VIII. Lys. or. VII 6 *δηωθὲν ἄπρακτον ἦν* legendum est pro *δημευθὲν κτξ*.

IX. Lys. or. XIII 32 ‘*περὶ δὲ τῶν ἄλλων ἀπέχρη ἐν τῇ βουλῇ μήνυσις μὲν ἡ γεγενημένη*’ spuria sunt.

X. Lys. or. XIII 73 ‘*ὁ φρύνιχος γὰρ οὗτος τοὺς τετρακοσίους κατέστησεν*’ in orationis contextum intrusa sunt.

XI. Lys. or. XIII 72 ‘*καὶ Ἀπολλόδωρον*’ a Roehlio (Herm. XI p. 381, et in app. ann. ‘Ztschr. f. d. Gymnasialw. XXXI p. 38) temere delentur.

XII. Secundi Tusc. disp. libri argumentum non ex Panaetii sed ex Posidonii scriptis a Cicerone sumptum esse contra Zietzschmannum contendo.